REPETITIO. Redde michi letitiam salutaris tui . spiritu principali confirma me.

Doce(uo)¹ iniquos uias tuas . et impii ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis meę . laudabit lingua mea iustitias tuas.

Domine labia mea aperies . et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem utique . olocaustis uero non delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus . cor contritum et humiliatum deus non spernit.

Benigne fac domine in bona uoluntate tua Syon . ut edificentur muri Iherusalem. [f. 13.b.

Tunc acceptabis sacrificium iustitię oblationes et olocausta . tunc inpone(²) super altare tuum uitulos.

SECUNDA FERIA ANTIPHONA. *Miserere mei deus.* *Versus.* Secundum mag.

ORATIO. Miserator domine secundum (multam et)³ magnam misericordiam tuam . nobis propitius miserere . ut quorum te non latent occulta his de te confitentibus donetur indulgentia copiosa. Quique pro admissis interno rugitu gemimus et pro remissionem† nostrorum criminum suspiramus non nos a facie tua proicias sed tibi soli()ta⁵ pietate ad indulgentię portum adducas.

TERTIA FERIA ANTIPHONA. *Secundum magnam misericordiam tuam dele domine iniquitates meas.*

ORATIO. Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates nostras domine ut quia ille nos adgrabant iste nos erigant . cor con/tritum et humiliatum ne spernas in nobis . [col. 2. sed per ineffabilem potentiam trinitatis habitet in nobis spiritus sanctus innobet spiritus rectus confirmet spiritus paraclitus . atque unitatis testimonium sit uirtutis†⁶ . ut confirmatos nos per patrem innobatos per filium . custoditos nos esse gaudeamus per spiritum sanctum.

QUARTA FERIA ANTIPHONA. *A peccato meo munda me domine.*

¹ docebo] *uo* on erasure of *am*.

² erasure of one letter, read *inponent*.

³ *multam et* interlined.

⁴ read *remissione*.

⁵ erasure. Lor. reads *solis debita*.

⁶ perhaps read *uirtus* with Lor., whose text, however, is otherwise to be corrected from the present.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

subiectionem . ut quia†¹ ille adgrabantes internecant . iste nos per multimodam misericordiam tuam erigant† . fac ergo quesumus cor nostrum contritum . et suspiret in uulnere suo . et medicinam qua sanemur inpende munere tuo . Humilitatem nostram ne spernas in nobis . sed per ineffabilem potentiam tue trinita(s)†² uisitet nos spiritus sanctus . renobet spiritus rectus consoleat spiritus paraclitus . atque unito fidei misterio muniamur suffragio tue uirtutis . Vt radiati³ in patre firmati in filio semper fructificemur in spiritu sancto . amen.

IN SECVNDO DOMINICO DE XLME†⁴ ANTIPHONA. *Secundum multitudinem miserationem tuarum deus laua me ab iniustitia mea /mala mea dimitte et omnes iniquitates meas [col. 2. dele.*

ORATIO. Laba nos domine a facinoribus nostris . et emunda nos ab uniuersis peccatis . dele culparum nostrarum nequitas . et meritorum remobe sententias . ut tu qui solus hominum secreta cognoscis medellam uulneratis manifeste hostendas . qui peccatores ut ad te redeant clementer inuitas . amen.

DE MEDIANTE DIE FESTO ANTIPHONA. *Libera me de uiri†⁵ sanguinum domine deus meus laudabit lingua mea iustitias tuas labia mea aperies et os meum annuntiabit laudem tuam.*

ORATIO. Christe domine nostre salutis qui passionibus tuis nostrorum criminum passiones extinguis . libera nos de sanguinum uiris . et ab omnibus corruptionibus nostris . Vt facta carnis et sanguinis /declinantes non uirorum sanguinum [f 15. precipitio interiri†⁶ . sed placentium tibi mereamur numero adgregari.

IN DOMINICO POST VICESIMA ANTIPHONA. *Libera me de uiri†⁵ sanguinum deus deus meus laudabit lingua mea iustitias tuas.*

ORATIO. Domine libera nos de sanguinibus secundum magnam misericordiam tuam . et errorum nostrorum rescipientes⁷ clementie tue aperi ianuam . Tuarum itaque misericordiarum reminiscimus⁷ . et iustitias tuas laudamus . quesumus malorum nostrorum nulla obrui desperatione fallamur . sed tu domine unde nos erubescimus indulge . et que mala nos conspicias egisse dimitte clementer . amen.

ITEM DE ADVENTV DOMINI. ANTIPHONA. *Edificentur muri Iherusalem . tunc acceptabis sacrificium iustitie.*

¹ ut quia—erigant] either something is omitted or the words are intruded from the prayer for the Tuesday preceding.

² trinitas] s on erasure ; read *trinitatis*.

⁴ read QVADRAGESIMA.

⁶ read *interire*.

³ perh. *radicati*.

⁵ read *uiris*.

^{7—7} I hesitate to emend.

ORATIO. Edifica domine muros Iherusalem non structura lapidum sed ornamento uirtutum. Neque ut auro uel gemmis [col. 2. compta resplendeat . sed sanctitate prefulgeat . ut qui aulam tuam pro confitendis delictis sacrificio laudis iustitiaeque deferendo ingredimur . ab omni uitiorum¹ contagio purgati . te annuente consortes effici mereamur omnium beatorum.

DE SANCTIS. ANTIPHONA. *Da nobis letitiam salutaris tui spiritu principali confirma nos domine.*

[ORATIO]. Redde nobis ()² letitiam salutaris tui (domine)³ quam amisimus inique gerendo . et pretermisimus neclegendo . tu nos ad eam reuoca . et eam nobis restaura. Vt peccato expulso succedat iustitia . et mestitia repulsa æterna adsit letitia . Da ()⁴ quesumus hanc iucunditatem . ut peruenire mereamur ad æternam salutem.

DE VNVS IUSTI /DE VNVS IUSTI ANTIPHONA. [f. 15.b.⁶ *Libera me de uiriſ sanguinum deus salutis me.†*

ORATIO. Libera nos domine de uiriſ sanguinum et a telis hostibus⁶ defende clippeo tuo . ut ad tuum uenientes altare . uenie percipiamus remedium . mitte nobis de celo magnum auxilium et eripe nos a conculcatione inimicorum . ut amotum⁷ a nobis turpissimum⁷ somnum⁷ labia nostra tibi castissime persolbantur in iubilo . amen.

DE VNO CONFESSORE ANTIPHONA. *Laudabit lingua mea iustitias tuas deus meus.*

ORATIO. Laudat et annuntiat lingua nostra iustitias tuas omnipotens deus . qui te suum non ignorat esse factorem ac redemptorem . da ergo quesumus in corde nostro ueram compunctionem in ore iugem confessionem . in lingua hic et in æternum perhennem laudationem . amen.

¹ uitiorum contagio] marked for inversion of order.

² after *nobis*] erasure of three or four letters (*domine*?)

³ domine] inserted.

⁴ erasure of three or four letters.

⁵ in the left hand margin of f. 15.b. (the top corner is torn) a somewhat later hand has inserted the following additional antiphons and prayers :

[Leten]tur domine et exultent [os]sa humiliata.

[ORATIO E]xultent domine omnium fidelium defunctorum ossa humiliata . qui tuę sanctę fidei notięſ dum ad uibrent perceperunt. Vt et nunc anime eorum a Tartareis penis liberentur et post iudicii tui tempore ab auditu malo liberati . classibus sanctorum tuorum adunati [*consortium* interlined] sine fine letentur in exultatione omnium beatorum . amen.

Ne proicias me domine a facie tua.

ORATIO Ne proicias nos domine a facie tua neque auferas misericordiam tuam a nobis. Vt quos reatus facinorum tenet obnoxios . miserationis tue clementia faciat absolutos. amen.

⁶ read *hostilibus*.

⁷ amotum *etc.*] so Bianchini, who emends *amoto* etc.

LI [PSALMVS].

VICTORIA AB ERVDITO DAVID /QVVM VENISSET [col. 2.
DOHEC YDVMEVS ET ANNVTIASSET SAVL DICENS VENIT
DAVID IN DOMVM ABIMELEC.

ANTIPHONA. *Ego sicut oliba fructifera in domo domini
sperabi in misericordia tua deus.*

Quid gloriaris in malitia . qui potens es in iniquitate.
Tota die iniustitia¹ cogitabit lingua tua . sicut ratorium²
acutum fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem . iniquitatem magis
quam loqui equitatem.

Dilexisti omnia uerba precipitationis . in lingua dolosa.

Propterea dextruet te deus in finem et euellet te . et
emigrabit te de tabernaculo tuo . et radicem tuam de terra
uiuentium.

Tunc uidebunt iusti et timebunt . et super eum ridebunt et
dicent.

Ecce homo qui non posuit deum adiutorium suum . set sperabit
/in multitudine diuitiarum suarum et preualuit in uanitate [f. 16.
sua.

REPETITIO. Ego autem sicut oliba fructifera in domo
domini . sperabi in misericordia tua deus in eternum et in
seculum seculi.

Confitebor tibi in seculum quia fecisti . (et)³ expectabo nomen
tuum quoniam bonum est ante conspectu⁴ sanctorum tuorum.

ORATIO. Presta domine sicut olibe fructifere . nostras in
domo tua confirmari radices . ut per bonorum operum fructos
nos digneris habere acceptos . Et scientia⁴ tibi afferamus in
frondibus . et pinguis⁵ karitate⁴ reddamus in fructibus . Vt
nec doctrine sermo desit ad euacuandos errores . et adsit pietas
operum . ad instituendos fideles . Sit quesumus sermo ueritatis
in ore . et bone extimationis odor /ex nostra emanet [col. 2.
actione.

LII [PSALMVS].

IN FINEM PRO AMALEC INTELLECTVS DAVID.

ANTIPHONA. *In auertendo dominus captiuitatem plebit
sue letetur Iacob et exultet Israhel.*

¹ read *iniustitiam*.

³ *et* interlined.

⁵ read *pinguissiman caritatem*.

² ratorium] marg. gloss *nauacula*, so Vulg.

⁴ read *conspectum, scientiam*.

Dixit insipiens in corde suo . non est deus.
Corrupti sunt et abominabiles¹ facti sunt in uolu(m)²-
tatibus suis . non est qui faciat bonum non est usque ad unum.

Dominus de celo prospexit super filios hominum . ut uideat si
est intellegens aut requirens deum.

Omnes declinaberunt . simul inutiles facti sunt in³
uoluptatibus suis³ . non est qui faciat bonum non est usque ad
unum.

Nonne cognoscent omnes . qui operantur iniquitatem.

Qui deuorant plebem meam sicut cibum panis . dominum
non inuocaberunt . illic trepidaberunt timore ubi non erat
timor.

Quoniam deus dissipabit ossa hominum sibi pla-
/centium . confusi sunt quoniam deus sprebit eos. [f. 16.b.

Quis dabit ex Sion . salutare Israhel.

In auertendo dominus captiuitatem plebis sue . letetur Iacob .
et exultet Israhel.

ORATIO. Auerte domine captiuitatem sortis tuę quam
predo uorator decipulosis artibus a tuarum uiarum tramitem⁴
discedere fecit . prospiciant rogamus de celo oculi tui super filios
hominum . ut intellegentes desiderent . teque inquirentes ad te
protinus redire festinent . ut et mentibus corruptis incorruptio .
et cordibus conuersis peccatorum donetur remissio. Vt a
captiuitate miserię . reducatur ad libertatem letitie. Quique
lamentant pro admissione facinorum consolentur (de so)⁵cietate
sanctorum.

LIII [PSALMVS].

IN FINEM CARMINIBVS INTELLECTVS DAVID QVANDO
VENERANT ZEFFEI ET DIXERANT SAVLI NONNE DAVID
ABSCONDITVS EST APVD NOS.

ANTIPHONA. *Deus in nomine tuo salbum me fac et in
uirtute tua libera me deus audi orationem meam.*

Deus in nomine tuo salbum /me fac . et in uirtute tua [col. 2.
libera me.

Deus exaudi orationem meam . auribus percipe uerba oris
mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me . et fortes
quesierunt animam meam . et non preposuerunt deum ante
conspectum suum.

¹ abominabiles] gloss *odihiles*.

² uoluntatibus] the *m* has been altered to *p*.

³ in uolupt. suis] intrusive from the last verse but one.

⁴ read *tramite*.

⁵ de so] on erasure.

Ecce enim deus adiubat me . et dominus susceptor est anime mee.

Conuerte mala inimicis meis . et in ueritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi . et confitebor nomini tuo domine quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me . et super inimicos meos respexit oculus tuus.

ORATIO. Deus exaudi orationem nostram ut in nomine tuo salbemur . et qui censemur uocabulo Christi mereamur eius participio perfrui. Sicque eterna consequamur gaudia . et pres(c)entia¹ superemus aduersa . ut per omnia te laudemus . et te in nobis esse gaudeamus . amen. [f. 17.

LIIII [PSALMVS].

IN FINEM CARMINIBVS INTELLECTVS DAVID.

ANTIPHONA. *Ne dispexeris deprecationem meam intende in me et exaudi me domine.*

Exaudi deus orationem meam et ne dispexeris deprecationem meam . intende in me et exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea . et conturbatus sum a uoce inimici et a tribulatione peccatoris.

Quoniam declinaberunt in me iniquitates . et in ira molesti erant mici.

Cor meum conturbatum est in me . et formido mortis cecidit super me.

Timor et tremor uenerunt super me . et contexerunt me tenebre et dixi.

Quis dabit mici pinnas sicut /columbe . et uolabo ut [col. 2. requiescam.

Ecce elongabi fugiens . et mansi in solitudinem.²

Expectabam dominum qui me salbum faceret . a pusillo animo et tempestate.

Precipita domine et diuide linguas eorum . quoniam uidi iniquitatem et contradictionem in ciuitatem.³

Die ac nocte circumdabit ea(m)⁴ super muros eius iniquitas . et labor in medio eius et iniustitia . et non defecit de plateis eius usura et dolus.

Quoniam si inimicus meus male dixisset mici . supportassem utique . et si his qui hoderat(n)t⁵ me aduersum me magna loquutus fuisset absconderem me utique ab eo.

¹ read *praesentia*: the *c* is interlined.

² read *solitudine*.

³ read *ciuitate*.

⁴ eam] the *m* mark and about two letters following erased.

⁵ oderat] the *n* mark is erased.

Tu uero homo unanimes†¹ dux meus et notus meus qui simul
mecum dulces capiebas cibos . in domo domini ambulabimus
cum consensu.

/ Veniat mors super illos . et descendant in infernum [f. 17. b.
uiuentes.

Quoniam nequitia in ospitiis eorum . in medio ipsorum.

Ego ad deum clamabi et dominus exaudibit me . uespere
mane et meridie.

(REPETITIO).² Narrabo et renuntiabo et exaudiet uocem
meam . liuerabit in pace animam meam ab his qui adpropinquant
mici . quoniam inter multos erant mecum.

Et exaudiet deus et humiliabit eos . qui est ante secula et
manet in æternum.

Non est enim illis comutatio . et non timuerunt deum.

Extendit manum suam in retribuendo illis . contaminaberunt
testamentum eius . diuisi sunt ab ira uultus eius . et adpropriabit†³
cor eius.

Mollierunt⁴ sermones suos super oleum . et ipsi sunt
iacula.

/ Iacta in deum cogitatum tuum et ipse te enutriet . et [col. 2.
non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Tu uero (deus)⁵ deduces eos . in puteum interitus.

Viri sanguinum et dolosum†⁶ non dimidiabunt dies suos . ego
uero in te sperabi domine.

ORATIO. Ne dispexeris precem nostram domine . intende
iam et exaudi clementer . et quia in ex(er)citationibus⁷ contrista-
mur . tuis consolationibus iucundemur . ut qui a uoce inimici
turbati deicimur . pinnigerantes fide ut columbe ad superna
tendamus. Elonga nos itaque a seculo maligno et a laqueis
diaboli custodi per Christum . expectantibus quippe aduentum
eius a pusillo animo subleua et a tempestate periculorum
conserua. Vt te plebs liberatorum uespere pro salute sollicitet .
et meridie pro libertate con/laudet . et mane pro gloriam†⁸ [f. 18.
resurrectionis concelebret.

ANTIPHONA. *Ego ad deum clamabi et dominus exaudibit
me uespere mane et meridie.*

[ORATIO]. Ad te deum dominum clamamus ut nos uespere
mane et meridie propitiatus exaudias. Tibi nostrorum

¹ read *unanimi* .

² Repetitio] this, with enlarged capital N, is the arrangement of the orig. hand,
but is erased.

³ adpropriabit] read *adpropianit*.

⁴ mollierunt] gloss *idest mollii sunt*, so Vulg.

⁵ *deus* interlined.

⁶ read *dolosi*.

⁷ [exercitationibus] the *er* is interlined.

⁸ read *gloria*.

temporum principia . tibi etatum extrema deseruiat†. Et quicquid nostrum initium finemue discernitur . tuis cultibus deputetur . ut totum te inpendas in beneficiis qui fidelis es repromissor in premiis.

LV [PSALMVS].

IN FINEM PRO POPVLO QVI SE ELONGABERVNT IPSI DAVID IN TITVLIS† SCRIPTIONE QVVM TENVERVNT EVM ALLOFILI IN GETH.

ANTIPHONA. *In me sunt deus uota que reddam laudationis tibi.*

Miserere mei domine quoniam conculcabit me homo . tota die bellans tribulabit me.

Conculcaberunt me inimici /mei . tota die ab altitudine [col. 2. dierum.

Quoniam multi qui debellant me timebunt . ego uero in te sperabi domine.

In deo laudabo uerbum¹ in domino laudabo sermonem .¹ in deo sperabo non timebo quid mici faciat homo.

Tota die uerba mea abominabantur² aduersum me . omnia consilia eorum in malum.

Inhauitabunt abscondite . ipsi calcaneum meum obseruabunt expectantes animam meam . pro nicilo saluabis eos in ira populos confringes.

Deus uitam meam annuntiabi tibi . posuisti lacrimas meas in conspectu tuo . sicut in repromissione tua.

Tunc conuertentur inimici mei retrorsum . in quacunque die inuocabero te . ecce agnobi quoniam deus meus es tu.

In deo laudabo uerbum /in domino laudabo ser- [f. 18.b. monem . in deo sperabo non timebo quid mici faciat homo.

In me sunt deus uota que reddam . laudationis tibi.

Quia eripuisti animam meam de morte . oculos meos a lacrimis pedes meos a lapsu.

(u)³ placeam coram domino . in lumine uiuentium.

ORATIO. Deus uitam nostram annuntiabimus tibi . quam peccatis obnoxiam positus in conspectu tuo lacrimis confitemur. Concede igitur nobis ut relaxatis facinoribus inimici nostri retrorsum redeant . qui nos sibi consentientes ad flagitiam† precedebant . ut tibi que in nobis sunt gratiarum uota reddantur . qui nos a tenebris peccatorum exues . et coram te placituros in lucem uiuentium introducas.

¹—¹ uerbum...sermonem] the text is corrupted by assimilation to v. 11.

² abominabantur] gloss *execrabantur*, so Vulg.

³ ut] u on erased capital.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LVII [PSALMVS].

VICTORIA VT NON DISPERDAS DAVID HVMILEM ET SIMPLICEM.

^{1*} Si uere utique iustitiam loquimini . recta iudicate filii hominum.*¹

Etenim in corde iniquitatis operamini . in terra iniquitates manus uestre concinnant.

Alienati sunt peccatores ab utero² erraberunt . a uentre loquuti sunt falsa.

Ira³ illis secundum similitudinem serpentis sicut aspide surde . et obturantes aures suas que non exaudiunt uoces incantantium⁴ . et benefici que incantantur a sapiente.

Deus conteruit dentes eorum in ora ipsorum . molas leonum confregit dominus ut ad nicilum /deueni(e)nt⁵ uelut aqua [f. 19.b. decurrens.

Extendit arcum suum donec infirmentur . sicut cera liquefacta⁶ auferentur.

Supercecidit ignis super eos et non uiderunt solem . priusquam producant spinas uestras ramnus.⁷

Sicut uiuentes . sic in ira absorbet eos.

Letabitur iustus cum uideret uindictam impiorum . manus suas lauabit in sanguine peccatorum.

Et dicet homo utique est fructus iusto . et utique est deus iudicans eos super terram.

ORATIO. Deus qui iustitiam loqui et que recta sunt precipis iudicare . tribue nobis ut nec iniquitas in ore . nec prauitas relinquatur in mente . ut a puro corde . puriorque et sermo consentiat . sicque pro/cedat in operibus iustitia . ut non [col. 2. inueniatur dolus in lingua. amen.

LVIII [PSALMVS].

IN FINEM NE DISPERDAS DAVID IN TITVLIS† INSCRIPTIONE QVANDO MISIT SAUL ET CVSTODIBIT DOMVM EIVS VT OCCIDERET EVM.

ANTIPHONA. *Adiutor meus tibi psallam deus meus misericordia mea.*

^{1—1} Si uere...hominum] Here and in other cases where the antiphon coincides with the first verse of the psalm it is not separately written but the neums added to the text.

² utero] gloss *uulua*, so Vulg.

³ ira] gloss *furor*, so Vulg.

⁴ incantantium] gloss *inarsus*?

⁵ deuenient] *e* altered to *a*.

⁶ liquefacta] gloss *que fluit*.

⁷ ramnus] gloss *genus rubi quod primum est molle et quando maturescit habet acutissimos aculeos*.

Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me liuera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem . et a uiri¹ sanguinum liuera me.

Quia ecce occupaberunt² animam meam . intruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine . sine iniquitatem³ cucurri et dirigebar.

Exurge in occursum mici et uide . et tu domine deus uirtutum deus Israhel . intende ad uisitandas /omnes [f. 20. gentes.

[N]on⁴ miserearis . omnibus qui operantur iniquitate.⁵

Conuertantur ad uesperum et fame pati(e)ntur⁶ . ut canes circuibunt ciuitatem.

Ecce ipsi loquentur in ore suo . et gladius in labiis eorum quoniam quis audibit.

Et tu domine deridebis eos . pro nicilo habebis omnes gentes.

Fortitudo mea a te custodiar . quia deus susceptor meus es deus meus misericordia eius preueniet me.

Deus meus hostende mici inter inimicos meos ne occidas eos . nequando oblibiscantur legis tuę.

Disparge illos in uirtute tua . et dextræ eos protector meus domine.

Delicta oris eorum sermones labiorum ipsorum . et comprehendantur in superuia sua . et de execratione et mendacio conuellantur.

/Consumme eos in ira consummationis (et)⁷ non erunt . [col. 2. et scient quia deus dominabitur Iacob et finium terre.

Conuertantur ad uesperum et fame patiuntur⁸ ut canes . et circuibunt ciuitatem.

Ecce ipsi dispargentur ad manducandum . si autem non saturabuntur et murmurabunt.

Ego autem cantabo potentiam tuam et ex(u)ltabo⁸ mane misericordiam tuam . quia factus es susceptor meus . et refugium⁹ in die tribulationis mee.

Adiutor meus tibi psallam . quia deus susceptor meus es . deus meus misericordia mea.

ORATIO. Esto susceptor noster¹⁰ domine et refugium nostrum¹⁰ in die tribulationis nostre¹⁰ . misericordia tua nos¹⁰ pia

¹ read *uiris*.

² occupauerunt] gloss *ceperunt uel capierunt*.

³ read *iniquitate*.

⁴ Non] the absence of a capital letter is due to a hole in the vellum.

⁵ read *iniquitatem*.

⁶ patientur] *e* altered to *a*.

⁷ *et* on erasure.

⁸ exultabo] *u* altered to *a*.

⁹ refugium] *meum* interlined later.

¹⁰ noster, nostrum, nostre] *meus*, etc., interlined in a small hand.

dignatione preueniat . et ad officium laudis confidentia propitiationis adducat. /Vt dum tibi adiutori nostro¹ psallimus . [f. 20.b. ipsum adiutorium confessionis meritis inpetremus . amen.

[AD] MATVTIN[VM] ANTIPHONA. *Exaltabo mane misericordiam tuam quoniam factus es adiutor² meus et refugium meum in die pressure mee.*

[ORATIO]. Fortitudo nostra domine tua nos potenter circumda custodia . ut nec cum operantibus iniquitatem similitudine iungamur . nec uiri³ sanguinum cruento consilio copulemur. In occursum domine placatus exurge . et rugientis inimici seuitiam conprime . qui sue famis inedia uoracitate scelerum non desunt⁴ saturare. Nos itaque ut quadam ad te confugimus qui ut sis in nostris custodiam⁵ iugiter postulamus . Vt nos et a maligno seculo eruas . et ad beatitudinis regna perducas . pater.

BENEDICTIO. Repleat uos dominus deuotione /religionis . et exaltet propitius in remuneratione uirtutis. Id in oratione uestra dominus probet . quod in exoratione non reprobet. Atque earum rerum uobis dominus tribuat desiderium . quarum propitius prestat effectum.

LVIII [PSALMVS].

VICTORIA PRO LIBRI TESTIMONIUM HUMILIS ET PERFECTI⁶ DAVID AD DOCENDVM QVANDO PUGNABIT ADVERSVS SIRIE MESOPOTAMIAM ET ADVERSVS SIRIAM SOBA . ET REVERSVS EST IOAB ET PERCVSSIT EDM IN VALLE SALINARVM XIIM MILIA.

Deus reppulisti nos et dextruxisti nos iratus fuisti et misertus es nobis.

Commobisti terram et conturbasti eam . sana contritiones quoniam mota est.⁶

/Ostendisti populo tuo dura . potasti uino conpunctionis.⁷ [f. 21.

Dedisti metuentibus te significationem . ut fugiant a facie arcus.

Vt liberentur dilecti tui . saluum me faciet⁸ dextera tua et exaudi me.

¹ nostro] interlined in a small hand.

² adiutor] marg. *susceptor*.

⁴ read *desinit*.

⁶ two lines, the last of f. 20.b. and first of f. 21, are here erased.

⁷ uino conpunctionis] gloss *idest ira conpunctio[n]is*.

⁸ faciet] altered in marg. to *faciat*.

³ read *uiris*.

⁵ PERFECTI] FEC interlined.

Deus loquutus est in sancto suo . letabor et diuidam¹
Siccimam² . et conuallem tabernaculorum dimetiar.³

Meus est Galaat⁴ et meus est Manasses⁵ . et Efrem⁶ fortitudo
capitis mei.

Iuda rex meus . Moab⁷ olla spei mee.

In Idumea extendam calciamentum meum . mici allofli⁸
subditi sunt.

Quis deducet me in ciuitatem circumstantię . aut quis
duducet me usque in Ydumea.⁹

Nonne tu deus qui reppulisti nos . et non egredieris deus ę
uirtutibus nostris.

/Da nobis auxilium in tribulatione . et uana salus [col. 2.
hominis.

In deo faciemus uirtutem . et ipse ad nicilum deducet
tribulantes nos.

ORATIO. Deus qui das timentibus te significationem ut a
facie arcus fugiant . da defensionem ut a manu gladii cedentis
euadere possimus. Atque nos pota uino conpunctionis . ut
bono conuersionis instituas . sicque hostende populo tuo dura .
ut repares meliora. Et in ciuitate circumstantię qui nos
repuleras ipse restituas . ac sicut te iratum sentit tuorum
dispersa congregatio . ita misertum probet congregata dispersio.
amen.

ALIA ANTIPHONA. *Salbum me faciat dextera tua et
exaudi me deus loquutus est in sancto suo.*

ORATIO. Salbum fac populum tuum domine /dex- [f. 21.*b.*
tera tua . et qui dedisti timentibus te significationem da
plenissimam fidei dignitatem . ut quos peccantes reppuleras .
conuertentes suscipias. Et tu da in tribulatione auxilium
necessarium qui pro peccatoribus factus es pretium . et ipse
tribulantem ad nicilum redigas . ipse redemptos in ciuitatem
circumstantię introducas.

¹ diuidam] gloss *partibor* so Vulg.

² Siccimam] gloss *gentilem . locus est quo Iacob ueniens de Mesopotamia fecit tabernaculum.*

³ dimetiar] gloss *metibor*, so Vulg.

⁴ Galaat] gloss *locus qui interpretatur aceruus.*

⁵ Manasses] gloss *filius Ioseph qui dicitur obliuio.*

⁶ Efrem] glosses *fructificans* and *alius filius Ioseph qui dicitur fructificatio.*

⁷ Moab] gloss *filius Loth.*

⁸ allofli] gloss *aliogene, alienigene* Vulg.

⁹ Idumeam] gloss *idest in gentilitatem.*

LX [PSALMVS].

VICTORI IN PSALMVM DAVID.

ANTIPHONA. *A finibus terre . ad te clamabi domine.*

Exaudi deus deprecationem meam . intende uoci orationis mee.

A finibus terre ad te clamabi . dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me.

/Deduxisti me quia factus es spes mea . turris [col. 2. fortitudinis a facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula . protegar in uelamento alarum tuarum.

Quoniam tu deus exaudisti orationem meam . dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

Dies super dies regis adicies . annos eius usque in diem generationis ()¹ et generationum permanebit in eternum in conspectu dei.

Misericordiam et ueritatem . quis requiret eorum.

Sic psallam nomini tuo deus in secula . ut reddam uota mea de die in diem.

ORATIO. A finibus terre ad te clamamus domine . quia tedium patitur cor nostrum dum et uitiis inquietuntur² et curis corporis sollicitatur . expelle igitur illa que nocent . et que neces/saria sunt . uisui sufficienter tribue . ut dum hec [f. 22. disponis competenter . nos tibi facias deseruire prudenter.

LXI [PSALMVS].

VICTORI IDITVN CANTICVM DAVID.

ANTIPHONA. *Soli deo subiecta erit anima mea quoniam ab ipso est patientia mea.*

Nonne deo subdita est anima mea . quoniam ab ipso est patientia mea.

Etenim ipse est deus meus et salutaris meus . adiutor meus non mobebor amplius.

Quousque inruetis in homines interficientes uniuersos . tamquam parieti inclinato³ et macerie⁴ impulse.

¹ after generationis] one letter erased.

² read *inquietatur*.

³ inclinato] gloss *idest infirmum*.

⁴ macerie] gloss *longe parietes quibus uinee uel aliud claud[antur] et sunt sine cimento*.

Verumtamen honorem meum cogitaberunt repellere .
cucurrerunt in sitim.

Ore suo benedicebant . et corde suo maledicebant.

Verumtamen deo subdita est anima mea . quoniam ab ipso
est /sufferentia¹ mea. [col. 2.

Etenim ipse est deus meus et salutaris meus . adiutor meus
non emigrabor.

In deo salutari meo et gloria mea . deus auxilii mei spes mea
in deo est.

Sperate in eum omnis conuentus plebis mee . et effundite
coram illo corda uestra . quoniam deus adiutor noster est.

Verumtamen uaneſ filii hominum . mendaces filii hominum in
stateris² ut decipiant ipsi de uanitate sua in id ipsum.

Nolite sperare in iniquitatibus . et in rapinis nolite
concupiscere. (D)iuitie³ si fluant . nolite cor apponere.

Semel loquutus est deus . duo hec audibi . quia potestas dei
est.

Et tibi domine misericordia . quia tu reddes singulis .
secundum opera eorum.

ORATIO. Tibi soli subdita est animeſ⁴ nostreſ⁴ domine ut
nullum preualentis /peccati sentiat dominatum. Tibi enim [f. 22.b.
subdi summa est exultatioſ⁵ . et a te recedere pernicioſa deiectio.
Nulla concupiscentia in rapinis . nulla in diuitiis obponitur
conuenientia cordis. Sed tua semper inploretur misericordia .
qui reddes singulis secundum opera sua.

LXII [PSALMVS].

CANTICVM DAVID QVVM ESSET IN DESERTVM IDVMEE.

[AD] MATVTI[INVM] ANTIPHONA. *In deserto et in inuio et
inaquoso deus deus meus . ad te de luce uigilo.*

Deus deus meus . ad te de luce uigilo.
Sitibit in te anima mea quam multipliciter et caro mea . in
deserto et in inuio et inaquoso.⁶

Sic in sancto apparui tibi . ut uiderem uirtutem tuam et
gloriam tuam . quia melior est misericordia tua super uita.

Labia mea laudabunt te /sic benedicam te in uita [col. 2.
mea . et in nomine tuo lauabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea . et labia
exultationis laudabunt nomen tuum.

¹ sufferentia] gloss *pacieciencia* (sic) : *patientia* Vulg.

² stateris] gloss *est pondus habens iiiiior dragmas.*

³ Diuitie] *D* rubricated on erased, not rubricated, letter.

⁴ read *anima nostra.*

⁵ read *exaltatio.*

⁶ inaquoso] gloss *sine humore.*

Sic memor fui t(ui)¹ super stratum meum . in matutinis meditabor in te quia factus es adiutor meus . et in uelamento alarum tuarum sperabo.

Adesit anima mea post te . me suscipi(a)t² dextera tua.

Ipsi uero in uano quesierunt animam ~~meam~~ introibunt in inferiora terre . tradentur in manus gladii pars uulpium erunt.

Rex uero letabitur in domino . et laudabitur omnis qui iurat in eo . quoniam obstructum est os loquentium iniqua.

ORATIO. /Sitientes in te domine anima et caro [f. 23. multiplicetur nostra atque ad uidendam uirtutem tuam et gloriam tuam . illa dirigatur uoto hec comitetur obsequio . tu igitur domine cuius misericordia melior est super uita . da profectum fidei et gaudium spei . ut qui ad te diluculo consurgimus . lucis tuę gratia fulgeamus . pater.

BENEDICTIO. Benedictio uos domini largissimam† subsequatur . et tribuat uobis omnibus ueniam delictorum . custodiat uos dominus ab omni malo propitius . et conserbet ac protegat clementer in bono. Quique uos condidit et redemit . immaculatos sibimet sine fine conserbet.

LXIII [PSALMVS].

VICTORIA CANTICVM DAVID.

ANTIPHONA. *Exaudi deus orationem meam quum tribulor.*

Exaudi deus orationem meam /quum tribulor . a [col. 2. timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conuentu malignantium . et a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacerunt ut gladium linguas suas . intenderunt arcum rem amaram³ ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabunt eum et non timebunt . firmaberunt sibi uerbum malum . disputaberunt ut absconderent laqueos . dixerunt quis uidebit eos.

Prescrutati sunt iniquitatem . defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedit homo ad cor altum . et exaltabitur dominus.

Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum . et pro nicilo habuerunt eos . et infirmate sunt super eos lingue eorum.

Conturbati sunt omnes qui uidebant eos . et timuit omnis homo.

/Et annuntiaberunt opera dei . et facta eius intel- [f. 23. b. legerunt.

¹ tui] on erasure.

³ *amaram*] an illegible gloss.

² suscipiat] *a* on erased *e*?



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ORATIO. Reple nos domine bonis domus tuę . et templum credentium populorum in equitate a sanctitate tua mirabiliter effice sanctum . Vt ymnum quamſ decet tibi in Syon modulatis uocibus psallant . et uota sua in Iherusalem fidei administratione persolbant . quosque nunc fidei ornamentis decoras . horum capitibus regnum futuri eui perpetuitatis coronam inponendus aduenias . amen.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Exitus matutini et uesperis delectaberis deus.*

[AD] CONPLETORIA. /Exaudi nos domine spes [col. 2. omnium finium terre tuaque precepta nos¹ in hoc mundo degentibus concede seruare . tuarumque iustificationum tribue nobis normam tenere . ut² quum turbata³ fuerint gentes a signis tuis . tunc tuorum et matutinos exitus placatus recale . et uesperinum sacrificium delectabitur⁴ accipe . ut benedices⁵ coronam anni benignitatis tuę . et camporum latitudo tuo⁶ se ubertate repleant⁷ . et fines deserti spiritus tui copiositatit⁷ pinguescant . et colles ymnum quem te decet sacra tibi psollemnitate persolbant . pater.

BENEDICTIO. Benedicat uobis dominus benedictione perpetua . et omnibus uobis peccata dimittat . Offensionibus uestris clementer ignoscat . et preces uestras /libenter exaudiat . A [f. 24.b. malis omnibus uos dominus dignanter eripiat . et in bonis semper proficere faciat.

LXV [PSALMVS].

IN FINEM PSALMVS CANTICI DAVID.

ANTIPHONA. *Psalmum dicite nomini eius date gloriam laudi eius dicite deo quam metuenda sunt opera eius.*

Jubilare deo omnis terra . psalmum dicite nomini eius . date gloriam laudi eius.

Dicite deo quam terribilia sunt opera tua in multitudine uirtutis tuę . mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te et psallat tibi . psalmum dicat nomini tuo altissime.

Verite et uidete opera domini . terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui conuertit mare in arida et flumen pertransibunt pede . ibi letabimur in id ipsum.

¹ read *nobis* ?

² read *turbatae*.

³ read *benedicas*.

⁴ read *copiositate*.

⁵ perhaps *et*.

⁶ read *delectabiliter*.

⁷ read *tua* ?

/Qui domina()tur¹ in uirtute sua in eternum . oculi [col. 2. eius super gentes respiciunt.

Qui in ira prouocant . non exalitentur in semedipsis.

Benedicite gentes deo nostro . et obaudite uocem laudi eius.

Qui posuit animam meam ad uitam . et non dedit commoberi pedes meos.

Quoniam probasti nos deus igne nos examinasti . sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum posuisti tribulationes super dorsum² nostrum . inposuisti homines super capita nostra.

Transibimus per ignem et aquam . et induxisti nos in refrigerio.

Introibo in domum tuam cum olocaustis . reddam tibi uota mea que distinxerunt labia mea . et loquutum est os meum in tribulatione mea.

/Olocausta medullata offeram tibi cum incenso et [f. 25. arietibus . offeram tibi bobes cum yrcis

Venite et audite et narrabo uobis omnes qui timetis dominum . quanta fecit anime mee.

Ad ipsum orit³ meo clamabi . et exultabi sub lingua mea.

Iniquitatem si conspexi in corde meo . non exaudiet deus.

Propterea exaudibit me deus . et intendit uoci deprecationis mee.

Benedictus dominus qui non amobit deprecationem meam . et misericordiam suam a me.

ORATIO. Deus cui omnis terra preconans iubilat laudem . cuius gloriam canora psalmi conclamant⁴ uoce . cuiusque terribilem in tuis operibus fatetur uirtutem . da nostris uocibus placitum iubilum . et orationibus perfectum dicere psalmum . atque con/ditorem omnium . predicare uirtutum . ut⁵ quia super [col. 2. gentes oculi tui aspiciunt . et cunctorum intima insensibiliter scrutantur . quesumus sic nos clementer tuis uisibus prospice . Sicque misericorditer corrige . ut in nobis nec facinoribus prouocatus iram effundas . nec cum rogaris misericordiam tuam contineas . et presta ut ipsa in nobis sit disciplina quod te pro admissis metuimus . ipsudque uenie premium quod deitatem tuam credimus et fatemur . Tu itaque domine pone animas nostras ad uitam . ut hic defleamus que gessimus . et⁶ quam peccando amisimus per gratiam adquiramus.

ALIA ANTIPHONA. *Benedicite gentes deo nostro et obaudite uocem laudi eius.*

¹ dominatur] erasure of about two letters.

² dorsum] gloss *caput*.

⁴ read *conclamat*.

⁵ read *et*.

³ read *ore*.

⁶ a word lost?

ORATIO. Dona nobis domine ut qui nos in te credendo domum tuam /in olocaustis ingredimur dicatis tibi operibus ac [f. 25.*b.* mortificato corpore seruiamus. Sicque non amobeas orationem nostram et misericordiam tuam a nobis. dum ea inspiras petere. que nobis prospicis conuenire. amen.

LXVI [PSALMVS].

VICTORI IN PSALMIS CANTICUM CARMINIS.

ANTIPHONA. *Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus et metuant eum omnes fines terre.*

Deus misereatur nobis. et benedicat nos.
Inluminet dominus uultum suum super nos. et misereatur nobis.

Vt cognoscamus in terra uiam tuam. et in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus. confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes. quoniam iudicas populos in equitatem¹. et gentes in terra dirigis.

/Confiteantur tibi populi deus. confiteantur tibi populi [col. 2. omnes.

Terra dedit fructum suum. benedicat nos deus deus noster.

Benedicat nos deus. et metuant eum omnes fines terre.

ORATIO. Inlumina super nos uultum tuum domine. et miserere nostri. et dum in terra uiam tuam agnoscimus. ipsi tibi uiam nostrorum cordium preparemus. Quam placido dignatus ingressus² sanctifices. ipse dum gradieris. fac notum in gentibus salutare tuum. ut dum omnia ad te adtraes. cunctis terre finibus domum³ tui timoris insinues.

ALIA [AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Inlumina domine uultum tu(u)m⁴ super nos.*

[ORATIO]. Inlumina domine uultum tuum super nos et miserere nostri. Vt tuo lumine nostro sensui radiante uiam tuam cognoscere. et in gentibus salutaris tui. magnitudinem [f. 26. enarrare⁵. sicque tibi sit placita populorum confessio. ut gradientes in uis tuis ad letitiam pertraantur et gaudium. ac sic infidelitatis caliginem fidei splendor perlustret ut benedictio oris tui intima nostra multiplici gratiarum suabitate fecundet. Vt semper in tue lucis lumine maneamus. et in tue benedictionis suabitate crescamus. pater.

¹ equitate] gloss *iusticiam*.

² read *ingressu*.

³ read *donum*.

⁴ tuum] *u* above the line.

⁵ a word lost?

BENEDICTIO. Benedicat uobis omnipotens dominus . qui salus est omnium et plenitudo uirtutum . Det uobis dominus aduersa tolerandi uirtutem . et clementer omnibus consulet¹ ad salutem . Atque ipse uos a temptationibus mundi dignanter eripiat . qui aduersantis inimici dextruxit audaciam.

LXVII [PSALMVS].

(IN FINEM PSALMVS.)²

Exurgat deus et dissipentur inimici eius . et fugiant qui hoderut³ eum a facie eius.

Sicut defecit fumus deficient . sicut fluit cera a facie ignis . sic pereant peccatores a facie dei et iusti epulentur.

Exultent in conspectu dei . et delectentur in letitia.

Cantate deo psalmum dicite nomini eius . iter facite ei qui ascendit ab occasu dominus nomen est ei.

Gaudete⁴ in conspectu eius turbabuntur a facie eius . patres orfanorum et iudices uiduarum.

Deus in loco sancto suo . deus qui habitare facit unanimes in domo.

Qui educit uinctos in fortitudine . similiter et eos qui in ira prouocant . qui habitant in sepulcris.

Deus quum egredieris coram populo tuo . /dum [f. 26.b. transgredieris per desert(o).⁵

Terra mota est etenim celi distillaberunt . a facie dei mons Sina a facie dei Israhel.

Plubiam uoluntariam segregata deus hereditati tue . etenim infirmata est.

Tu uero perfecisti eam animalia tua . inhabitabunt in ea.

Parasti in dulcedine tua pauperi deus . dominus dabit uerbum euangelizantibus⁶ in uirtutibus multis.

Reges uirtutum dilecti . et species domus diuidere spolia.

Si dormiatis⁷ inter medios cleros p(i)nnē⁸ columbe de argente . et posteriora dorsi⁹ eius in specie auri.

Dum discernit celestis regis super terram . nibem¹⁰ dealbabuntur in Selmon.¹¹

¹ read *consulat*.

² read *oderunt*.

³ gaudete] gloss *exultate*.

⁴ deserto] *o* on erasure.

⁵ Si dormiatis] On this verse a long marginal note, *Dormire in hoc loco non stuporem somnii aut obliuionem rerum quam [pali] consueuimus dormientes etc.* chiefly taken from Cassiodorus, Migne lxx, col. 466.

⁶ pinne] *i* altered to *e*.

⁷ read *nive*.

⁸ the rubric is smudged and imperfect.

⁹ euangelizantibus] gloss *predicantibus*.

¹⁰ dorso] gloss *capiti*.

¹¹ Selmon] gloss *interpretatur umbra*.

Montem dei montem uberem¹. mons quoagulatus mons uber.

Vt quid suspicamini montem uberem . mons in quo bene-
/placitum est deo habitare in eo . etenim dominus habitabit [col. 2.
usque in finem.

REPETITIO. Currus dei decem milium multiplex milia.
letantium dominus in illis in Sina in sancto.

Ascendit in altum cepit captiuitatem . dedit dona hominibus .
etenim qui non credunt inhabitare dominum deum.

Benedictus deus benedictus dominus . de die in diem.

Prosperum iter faciet nobis deus salutaris noster . deus noster
deus saluificans . et domini mors et domini exitus.

Verumtamen deus conquassabit capita inimicorum suorum .
uerticem² capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit dominus ex Basan conuertar conuertar in profundum
maris . ut tinguatur pes tuus in sanguine lingua canum tuarum
ex inimicis ab ipso.

/Visi sunt gressus tui deus ingressus dei mei . regis qui [f. 27.
est a sancto ipsius.

Preuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio
iubencularum³ . timphanistriarum.⁴

In ecclesiis benedicite dominum deum . de fontibus Israhel.

Ybi Benjamin adulescentior in pabore . principes Iuda duces
eorum . principes Zabulon et principes Neptalim.

Manda deus uirtuti tuę confirma hoc deus . quod operatus es
in nobis.

A templo tuo in Iherusalem . tibi offerunt reges munera.

Increpa fera silbe concilia taurorum inter baccas populorum .
ut non excludantur hii qui probati sunt argento.

Dissipa gentes que bella uolunt . uenient legati ex Egypto⁵
Eziopie⁶ preueniet dare manus deo.

/Regna terre cantate deo psallite domino psallite [col 2.
deus . qui ascendit super celos celorum ad orientem.

Ecce dabit uocem suam . uocem uirtutis suę . date honorem
deus.

Super Israhel magnificentia eius . et uirtus eius in nubibus.

Mirabilis deus in sanctis suis . deus Israhel ipse dabit uirtutem .
et fortitudinem plebis sue benedictus dominus.

ORATIO. Exurge domine dispargantur inimici tui . et
sp[iritu]ales nequitię uultus tui inluminatione diffugiant.

¹ uberem] gloss *pinguem*.

² uerticem] gloss *summitate capitis*.

³ iuencularum] gloss *idest mulierum uel uitularum*.

⁴ timphanistriarum] gloss *cantare uel pandere*.

⁵ Egypto] gloss *interpretatur tenebre*.

⁶ Ethiopia] gloss *nigri in peccatis*.

Repellat Daud frequentatus in ecclesia tua quos adstans fugabat in cithara. Et reddat suabitatem modulatione psalmorum . quam reddebat pulsatione cordarum . ut doctrina ipsius te benedicentes . atque eius suffragiis te precantes . /exulte- [f. 27.b. mus in conspectu tuo et delectemur in letitia . que sanctis tuis est perpetuo preparata . amen.

ALIA ANTIPHONA.¹ Deus in loco sancto tuo deus qui habitare facit unanimes in domo. *Versus.* Currus.

ORATIO. Deus in loco sancto tuo qui habitare facis unanimes in domo . presta nec carnalis concupiscentia spiritui usque- quaque repugnet . sed exemta uitiis anime libertas te opitulante proficiat . Ac sicut utraque a te perfecta creata sunt . ita tibi pacifica seruitate iugiter famulentur educens uinctos in fortitudine peccatorum nexus absolbe . et ne nos aduersa preualcant . tua nos uirtute precinge . amen.

ALIA ANTIPHONA. *Benedictus deus benedictus dominus de die in diem.* *Versus.* Preuenerunt prin.

ORATIO. Deus qui sanctis†² in loco sancto tuo nostra sanctifica penetralia. /Vt te delectet esse intra nostrorum [col. 2. cordium intima ac merito habitantis sit habitationis karitas infinita.

LXVIII [PSALMVS].

IN FINEM PRO HIS QVI INMVTABVNTVR PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Saluum me fac domine quoniam introyerunt aque usque ad animam.*

Saluum me fac deus quoniam introyerunt aque (usque)³ ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi . et non est substantia.

Deueni in altitudine maris . et tempestas dimersit me.

Lauorabi clamans . rauce facte sunt fauces mee.

Defecerunt oculi mei . dum spero in deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei . qui hoderunt me inique.

/Confortati sunt super me qui me persequuntur inimici [f. 28. mei iniuste . que non rapui tunc exsoluebam.

Deus tu nosti insipientiam meam . et delicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui te expectant domine deus uirtutum . nec reuereantur⁴ super me qui querunt te domine deus Israhel.

¹ the neums are omitted.

² perh. *sanctus es*.

³ usque] a later insertion above the line.

⁴ reuereantur] gloss *confundantur*, so Vulg.

Quoniam propter te supportabi¹ inproperium² . operuit reuerentia faciem meam.

Exter factus sum fratribus meis . et ospes filiis matris mee.

Quoniam zelus domus tue comedit me . et obprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Humiliabi in ieiunio animam meam . et factum est in obprobrium mici.

Et posui uestimentum meum cilicium . et factus sum illis in parabola.

/Aduersum me exercebantur³ qui sedebant in porta . [col. 2. et in me psallebant⁴ qui bibebant uinum.

Ego uero orationem meam . ad te domine tempus beneplaciti.

Deus in multitudine misericordie tue . exaudi me in ueritate salutis tue.

Eripe me de luto ut non inerear⁵ . libera me ex odientibus me . et de profundo aquarum.

Non me dimergat tempestas aque . neque absorbeat me profundum . neque operiat⁶ super me puteus os suum.

REPETITIO. Exaudi me domine . quoniam benigna est misericordia tua.

Secundum multitudinem miserationum tuarum . respice in me.

Ne auertas faciem tuam a puero tuo . quoniam tribulor uelociter exaudi me.

Intende anime mee et libera eam . propter inimicos meos eripe me.

/Tu enim scis inproperium meum et confusionem et [f. 28.b. uerecundiam meam . in conspectu tuo omnes tribulantes me.

Inproperium expectabit cor meum et miseriam et sustinui qui simul mecum contristaretur et non fuit . et consolantem me et non inueni.

Et dederunt in esca mea fel . et in siti mea potaberunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum . et in captione⁷ et scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne uideant . et dorsum⁷ illorum semper incurba.

Effunde super eos iram tuam . et indignatio ire tue adprehendat eos.

¹ supportaui] gloss *sustinui*, so Vulg.

² inproperium] gloss *obprobrium*, so Vulg.

³ exercebantur] gloss *loquebantur*, so Vulg.

⁴ psallebant] gloss *cantabant*.

⁵ inerear] probably for *inhaerem*, gloss *infigar* (*infigar* Vulg.)

⁶ operiat] gloss *urget*, so Vulg.

⁷ dorsum] gloss *capita*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LXVIII [PSALMVS].

VICTORIA DAVID.

* **D**eus in adiutorium meum intende . domine ad adiubandum me festina.*

Confundantur et reuereantur inimici mei . qui querunt animam meam.

Auertantur retrorsum . et confundantur qui cogitant mici mala.

Auertantur statim erubescentes . qui dicunt mici euge euge.¹

Exultent et letentur in te omnes qui querunt te domine . et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.

Ego uero egenus et pauper sum . / dominus curam [f. 29.^h.] habet mei.

* Adiutor et liuerator meus es tu domine ne tardaberis.*

ORATIO. Intende in adiutorium nostrum domine . et ut nos salbes festinus adgrede . tribue² implendi que uobimus et perfectionem deputa que obtamus . Vt dum opere tuo cepta perfeceris nostra tibi laus maneat defectu bonorum operum nos de tuo gratulemur auxilio . te nostra magnificet operis restituendo³ . nosque tua adtollat remuneratio.

LXX [PSALMVS].

VICTORIA . CANTICVM DAVID.

ANTIPHONA.⁴ Deus in te sperabi domine non confundar in eternum in tua iustitia liuera me domine.

Deus in te sperabi domine non confundar in eternum . in tua iustitia /liuera me et eripe me. [col. 2.]

Inclina ad me aurem tuam . et liuera me.

Esto⁵ mici in deum protectorem et in locum munitum ut saluum me facias.

Quoniam firmamentum meum et refugium es tu . deus meus eripe me de manu peccatoris . et de manu contra legem agentis et iniqui.

Quoniam tu es patientia mea domine . spes mea a iubentute mea.

¹ euge] gloss *idest irrisionem uel bene g[audere]*.

² tribue] ins. *uires* Lor.

³ restituendo] *rectitudo* Lor. There is doubtless further corruption in the text.

⁴ the neums are not inserted.

⁵ Esto...facias] this verse has neums, probably supplied by a later hand, which has also added the word *domine* (with neums) in the margin.

In te confirmatus sum ex utero . de uentre matris mee deus meus es tu . in te est decantatio mea semper.

Tamquam prodigium¹ factus sum multis . et tu adiutor fortis.

Repleatur os meum deus laude tua . ut possim cantare gloriam tuam . tota die magnificentias tuas.

Ne proicias me in tempore senectutis et quum defecerit /uirtus mea ne derelinquas me. [f. 30.

Quia dixerunt inimici mei mala mici . et qui eustodiebant animam meam consilium fecerunt in unum dicentes deus dereli()quid² illum.

Persequimini et comprehendite eum . quia non est qui eripiat eum.

Deus ne elonges a me . deus meus in adiutorium meum respice.

Confundantur et deficiant detraentes anime meę . operiantur pudore et confusione que querunt mala mici.

Ego autem semper in te sperabo . et adiciam super omnem laudem tuam.

•Os³ meum pronuntiabit iustitiam tuam . tota die laudem tuam. •³

Quia non cognobi negotiationes . introibo in potentias domini . memorabor iustitie tuę solius.

REPETITIO. Docuisti me deus a iuventute mea . et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua et usque ad senectam et senium /deus ne derelinquas me. [col. 2.

Donec adnuntiem bracium tuum . generationi omni que uentura est.

Potentiam tuam et iustitiam tuam deus . usque in seculum.

Que fecisti magnaia deus . quis similis tibi.

Quia hostendisti michi tribulationes multas et malas . et conuersus uiuificasti me . et de abyssio terre iterum reduxisti me.

Multiplicasti iustitiam tuam . et conuersus consolatus es me.

Et ego confitebor tibi in uasis psalmorum ueritatem tuam . psallam tibi in cithara deus sancte Israhel.

Gaudebunt labia mea dum cantabero t(i)bi⁴ . et anima mea quam redemisti.

Sed et lingua mea meditabitur iustitiam tuam . tota die laudem tuam.

Dum confusi et reueriti fuerint . /omnes qui querunt [f. 30./] mala mici.

¹ prodigium] gloss *mirabiliosum*.

² dereliquit] one letter erased.

³ Os meum... laudem tuam] neums (perhaps later) and *domine* added in marg.

⁴ tibi] *i* on erasure.

ORATIO. Firmamentum et refugium nostrum domine . eripe nos de manu peccatoris . eripe de faucibus contra legem (ag)entis¹ et iniqui . reple os nostrum laude tua . ut adnuntiemus iustitiam tuam . dumque melodia nostra . decantationis ad te dirigitur . mens quo(d)² postulat mereatur . Sicque spem nostri cordis in te conloca ut et in iubentute nos uiam tuam doceas . et ad senium bonorum operum maturitate perducas .

ALIA ANTIPHONA. *Gaudebunt labia mea dum cantabero tibi et anima mea quam redemisti domine.* *Versus.* Docuisti me.

ORATIO. Memento domine iustitie tue solius . et quos a iubentute nostra doctrinis spiritualibus informas . usque ad senectam ne derelinquas oramus . sed in tua iustitia libera nos /atque eripe nos . et quia tu es patientia nostra et spes [col. 2. nostra in ista opituletur³ sustentatio . in illa promissio . In ista nobis securitate⁴ presentium . in illa gaudia conferat eternorum .

LXXI [PSALMVS].

IN SALOMONE PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Suscipiant montes pacem populi tui et colles iustitiam tuam.*

Deus iudicium tuum regi da . et iustitiam tuam filio regis .
Iudicare populum tuum in tua iustitia . et pauperes tuos in iudicio .

Suscipiant montes pacem populi tui . et colles iustitiam tuam .

In sua iustitia iudicabit pauperes huius populi . et saluos faciet filios pauperum .

Et humiliabit calumniatorem et permanebit cum sole . et ante luna⁵ in secula seculorum .

/Et descendet sicut pluvia in bellus . et sicut stillicidia [f. 31. stillantia super terram .

Orietur in diebus eius iustitia . et multitudo pacis donec extollatur luna .

Et dominabitur a mari usque ad mare . et a fluminibus usque ad terminos orbis terre .

Coram illo Eziopes⁶ procident . et inimici eius limum⁷ lingent .

Reges Tarsis et insule munera offerunt . reges Arabum et Sabaa dona adducent .

Et adorabunt eum omnes reges terre . omnes gentes seruiunt ei .

Quia liuerabit pauperem a potente . et inopem cui non erat adiutor .

¹ agentis] *ag* on erasure.

³ opituletur] gloss *ausilietur*.

⁵ read *lunam*.

⁷ limum] gloss *terram*, so Vulg.

² quod] *d* interlined.

⁴ read *securitatem*.

⁶ Aethiopes] gloss *prius nigri in peccato*.

Parcet pauperi et inopi¹. et animas pauperum saluas faciet.

Ex usuris² et iniquitatibus liuerabit animas eorum. et preclarum nomen eius coram ipsis.

/Et uiuet et dabitur ei de auro Arabie³. et orabunt [col. 2. pro eo semper tota die benedicent eum.

Et erit. firmamentum in terra. a summis montibus super extolletur super Libanum fructus eius.

Et florebit de ciuitate sicut fennum terre. et erit nomen eius benedictum in secula.

Ante solem permanet nomen eius. et ante lunam sedes eius.

Et benedicentur in eo omnes tribus terre. omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus dominus deus Israhel. qui facit mirabilia magna solus.

Et benedictum nomen maiestatis eius. in eternum et in seculum seculi.

Et replebitur maiestate eius. omnis terra fiat⁴ fiat.

ORATIO. Dominator domine Ihesu Christe qui dominaris (a mari)⁵ usque ad mare. concede nobis in tue dominationis unitate consistere. et doctrine sancte dulcedine cursum fidei nostre perficere. ac sic carnem nostram legalibus [f. 31. b. frenis adstringas ut mentem nostram iustitie et pacis ope defendas. Pax igitur que⁶ suscepere⁷ montes. ipsa tibi reconciliet humiles. et iustitiam⁷ quam uidere meruerunt colles. iugiter exoret pro supplices⁸. ac sic uterque⁹ uirtus zelo sanctitatis in populis uigeant. ut iustitie⁷ informet ad pietatem. et pax uinculis karitatis innectat. Vt iustitia defendat in secula et pax coniungat Christo in regno superno. amen.

ANTIPHONA. *Benedictus dominus deus Israhel qui facit mirabilia magna solus.*

ORATIO. Benedicte domine deus Israhel qui facis mirabilia magna solus. da in diebus nostris iustitiam et habundantiam pacis. Vt nos in¹⁰ illa informet. ista consociet. illa nobis collium /tuorum procuret ascensionem. hec eternorum [col. 2. mo(n)tium¹¹ preparat altitudinem. Repleaturque uniuersa terra maiestate tua. ut magnificentiam tui corporis¹² membrorum plenitudinem subiectio tibi offerat populorum. Vt dum nomen tuum magnificamus in laude. uel opera nostra ornetur ex¹³ fide. uel fides nostra commendetur ex opere.

¹ inopi] gloss *sine terra uel sine gente.*

² Arabie] gloss *idest de Arabia.*

³ a mari] written in the marg., but perhaps by the original hand.

⁶ read *quam.*

⁹ read *utraque?*

¹² ins. *et?*

² usuris] gloss *idest usura.*

⁴ fiat] gloss *idest confirmatio.*

⁸ i.e. *supplicibus.*

¹¹ montium] // on erasure.

¹³ read *orientur.*

FINIT LIBER SECUNDVS INCIPIT LIBER
TERTIVS.

LXXII [PSALMVS].

PSALMVS ASAPH.

* **Q**uam bonus deus Israhel eis qui recto sunt corde.*

Mei autem pene moti sunt pedes . pene effusi sunt gressus mei.

Quia zelabi in pec/catoribus . pacem peccatorum uidens. [f. 32.

Quia non est declinatio mortis eorum . nec firmamentum in plaga ipsorum.

In laboribus hominum non sunt . et cum hominibus non flagellabuntur.

Ydeo tenuit eos superuia eorum . operti sunt iniquitatem† super impietatem suam.

Prodiit¹ quasi ex adipe iniquitas eorum . transierunt in dispositione†² cordis.

Cogitaberunt et loquuti sunt nequitiam . iniquitatem in excelso loquuti sunt.

Posuerunt in celo os suum . et lingua eorum transiit super terram.

Ideo reuertetur huc populus meus . et dies pleni inueniuntur† in eis.

Et dixerunt quomodo sciuit deus . et si est scientia in excelso.

Ecce ipsi peccatores et abundates†³ in seculo . obtinuerunt diuitias.

Et dixi numquid uane iustificabi /cor meum . et labi [col. 2. inter innocentes manus meas.

Et fui flagellatus tota die . et uindex meus in matutino.

Si dicebam narrabo sic . ecce generatio filiorum tuorum cui disposui.

Existimabam ut cognoscerem hoc labor est ante me . donec intrem in sanctuarium dei et intelligam in nobissimo.

Verumtamen propter dolositates eorum posuisti eis mala . deiecisti eos quum allebarentur.

Quomodo facti sunt in desolatione subito . defecerunt et perierunt propter iniquitatem suam . uelut a somnium†⁴ exurgentes.

¹ prodiit] gloss *exiit*.

² dispositione] read *dispositionem* : gloss *aspectum*, so Vulg.

³ read *abundantes*.

⁴ *somnium exurgentis* or *a somnio exurgentes?*

Domine in ciuitate tua . ymaginem illorum ad nicilum rediges.

Quia exaruit cor meum et renes mei resoluti sunt . et ego ad nicilum redactus sum et nesciui.

Velut iumentum factus sum apud te . et ego semper tecum.

/Tenuisti manum meam dexteram et in uoluntate [f. 32.b. tua deduxisti me . et cum gloria adsumsisti me.

Quid enim mici restat in celo . et a te que uolui super terram.

Defecit cor meum et caro mea robur¹ cordis mei . et pars mea tu deus in secula.

Quia ecce qui elongant se a te peribunt . perdidisti omnes qui fornicantur abs te.

Mici autem aderere deo bonum est . ponere in deo spem meam.

Vt enarrem omnia promissa tua . in portis filie Syon.

ORATIO. Domine deus Israhel te rogamus et petimus bonitatem tuam quam rectis corde profusius tribuis . peccatoribus nobis ob conuersionem non deneges . ut ipsa qua regest² humiles . per ipsa³ tibi subditos efficias contumaces . ut ea ipsa /bonitas per quam indesinenter iustos coronas . sit [col. 2. iugiter interuentrix ut peccatoribus parcas . ut de bonitate in qua sancti exultant letantes . de eadem se tibi restituat⁴ gaudeant oberrantes . quosque secularis inlecebrast⁵ per diuersarum contagia rerum a te fecit recedere . eosdem sincera confessio tibi faciat aderere . Atque in laudem tui inpensione supplementist⁶ unanimitate clamitantes persolbere.⁷

ANTIPHONA.⁸ Nobis aderere deo bonum est ponere in deo spem nostram. *Versus.* Verumtamen.

ORATIO. Tibi aderere bonum est domine et recedere noxium . a te elongari perditio . et tibi coniungi uita⁹ est plenitudo. Dona itaque nobis ut qui spem nostram in te ponimus perfectam in te plenitudinem consequamur . tuasque laudes /in portis [f. 33. filie Syon dum ad tuum regnum ingredimur decantantes.¹⁰

¹ robur] gloss *petitio*. The text reading is that of S. Jerome's Hebrew version, but the gloss I have failed to understand.

² *regis* Lor.

³ *ipsam* Lor.

⁴ *restitui* Lor.

⁵ *inlecebra* Lor.

⁶ *supplici, mentis* Lor.

⁷ *uota persoluere* Lor.

⁸ the neums are not inserted.

⁹ read *uitae*.

¹⁰ *decantemus* Lor.

LXXIII [PSALMVS].

ERVDITIO ASAPH.

ANTIPHONA. *Memento congregationis tue domine quam creasti ab initio.*

Vt quid reppulisti nos deus in finem. iratus est furor tuus. super oues gregis tui.

Memento congregationis tue domine. quam creasti ab initio. Liberasti uirgam hereditatis tue. montem Syon in quo habitas in id ipsum.

Eleua manum tuam. in superuia eorum in finem.

Quanta malign()atus¹ est inimicus in sanctis tuis. et gloriati sunt omnes qui te hoderunt.

In medio atrio² tuo posuerunt /signa sua. signa et non [col. 2. cognoberunt sicut in uia³ supra sumum.⁴

Tamquam in silua lignorum. securibus exciderunt ianuas eius in (id)⁵ ipsum.

Bipinne⁶ et assia⁷ deiecerunt ea. incenderunt igni sanctuarium tuum. in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo. cognatio eorum in id ipsum.⁸

Venite conprimamus omnes dies festos. domini de terra.

Signa nostra non uidimus iam non est propheta. et nos non agnoscet amplius.

Vsquequo deus inproperabit inimicus. irritat aduersarius nomen tuum in finem.

Vt quid auertis faciem tuam et dexteram tuam. e medio sino tuo in finem.

REPETITIO. Deus autem rex noster ante secula. operatus est salutem /in medio terre. [f. 33.b.

Tu confirmasti in uirtute tua mare. tu contribilasti capita draconum super aquas.

Tu confregisti kapud draconis magni. et dedisti eum in escam populo Eziopo.⁹

Tu dirumpisti fontes et torrentes. tu exsiccasti flumina Ethan.¹⁰

Tuus est dies et tua est nox. tu fecisti solem et lunam. tu fecisti omnes terminos terre. estatem. et uer. tu fecisti ea.

¹ malignatus] about two letters erased.

² atrio] gloss *sollemnitatis*, so Vulg.

³ uia] gloss *exitu*.

⁵ id] interlined.

⁷ assia] *c* written over, gloss *dolabra uel aquela*.

⁸ in id ipsum] gloss *simul*, so Vulg.

¹⁰ Ethan] gloss *dicitur robustus*.

⁴ supra sumum] gloss *idest de suma* (?)

⁶ bipinni] gloss *securi bis acuta*.

⁹ Eziopo] gloss *idest nigris in peccato*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Liquefacta est terra et omnes habitantes in ea . ego autem confirmabo columnas eius.

Dixi iniquis nolite inique agere . et delinquentibus nolite exaltare cornu.

Nolite in altum extollere cornu uestrum . et ne loquamini aduersus deum iniquitatem.

Quia neque ab oriente neque ab occidente . neque a desertis montibus . quoniam deus iudex est.

Hunc humiliat et hunc exaltat . quia calix in manu domini uini meri plenus est mixto et inclinabit ex hoc in illud.

Verumtamen fex eius non est exinanita . bibent ex eo /omnes peccatores terre. [f. 34.b.

Ego autem in secula letabor . et psallam deo Iacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam . et exaltabuntur cornua iusti.¹

ORATIO. Confitebimur tibi deus confitebimur tibi peccata atque facinora nostra . que tibi prius sunt cognita quam prodantur . inuocamus itaque nomen tuum ut in patefactis tribuas ueniam . qui non statim in abditis uis exercere uindictam . et qui confessione placaris humilium . remissionem omnium tribuas delictorum.

LXXV [PSALMVS].

VICTORI IN PSALMIS CANTICVM ASAPH CARMINIS.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Inluminans tu mirabilis a montibus æternis.*

***N**otus in Iudea deus . in Israhel magnum nomen eius.*²
Et factus est in pace locus eius . et habitatio eius [col. 2. in Syon.

Ibi confregit cornu arcum . scutum gladium et bellum.

Inluminans tu mirabilis . a montibus æternis.

Turbati sunt omnes insipientes corde . dormierunt somnum suum et nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua deus Iacob . dormitaberunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es et qui resistet tibi . extunc et ab ira tua.

E celo iudicium iaculatum³ est . terra tremuit et quiebit dum resurgeret in iudicio deus . ut salbos faceret omnes quietos⁴ terre.

¹ cornua iusti] gloss *uirtutes iusti*.

² Notus...nomen eius]. Although there is a separate antiphon neums are given to the first verse apparently in the original hand.

³ iaculatum] gloss *idest auditum*, so Vulg.

⁴ quietos] gloss *mansuetos*, so Vulg.

Quia cogitatio hominis confitebitur tibi . et reliquet¹
cogitationis diem festum agent tibi.

/Vobete² et reddite domino deo uestro . omnes qui in [f. 35.
circuitu (eius)³ offertis munera.

(t)erribili.⁴ (E)t ei qui aufert spiritum principum . terribili pre
regibus terre.

ORATIO. Deus qui in loco pacis pax ęterna consistis . ac
discordarum⁵ arcus gladiosque confringis ; ut concordie gratiam
et⁶ debellatione uirtutum glorifices . in lumina nos mirabiliter a
montibus ęternis . ut et inde nobis auxilium ueniat . et illuc mens
nostra se dirigat . Et quia tu terribilis es ; et cogitationum⁷
quam tibi confitentur inspector . salbos fac omnes mites terre . et
pacifica in te credentes congrua uoluntate . pater.

BENEDICTIO. Omnipotens dominus det uobis misericordiam
que conferat uitam . Inspiret petitionem . que obtineat
salutem . /Donet dulcedinem sue dilectionis . que uos [col. 2.
extollat in laudem sue ęternitatis.

LXXVI [PSALMVS].

VICTORI PRO YDITVN PSALMVS ASAPH.

ANTIPHONA. *In die tribulationis mee deum exquisibi
manibus meis nocte coram eo et non sum deceptus.*

Voce mea ad dominum clamabi . et uox mea ad deum et
respexit me.

In die tribulationis mee deum exquisibi manibus meis . nocte
coram eo . et non sum deceptus.

Recusabi⁸ consolari animam meam . memoratus sum dei et
letatus sum.

(a)lienatus⁹ sum . et defecit paulisper¹⁰ spiritus meus.

Preoccupaberunt¹¹ custodias¹² omnes inimici mei . conturbatus
sum et non sum loquutus.

Recordatus¹³ sum dies antiquos . et annos ęternos in mente
habui.

¹ read *reliquiae*.

² eius] on erasure.

⁴ terribili] gloss *idest timor moueat ad...* (? and *E* on erasure).

⁵ read *discordiarum*.

⁷ ins. *ante* ?

⁹ alienatus] gloss *excitatus* (read *exercitatus*). *a* on erased rubricated letter.

¹⁰ paulisper] gloss *defecit* (*sic*).

¹¹ preoccupauerunt] gloss *anticipauerunt*.

¹³ recordatus] gloss *cogitauit*.

² vobete] gloss *notum facere*.

⁶ om. *et* ?

⁸ recusauit] gloss *renuit*, so Vulg.

¹² custodias] gloss *uigilias*.

/Meditatus sum nocte cum corde meo . cogitabam¹ et [f. 35. b. uentilabam² spiritum meum.

Et dixi numquid in secula repellat³ deus ; aut non apponet bene facere a(d)huc⁴ ; aut in finem misericordiam suam amputabit⁵ a seculo et generatione.

Numquid oblibiscetur miseri deus . aut continebit in ira misericordiam suam.

Et dixi nunc cepi . hec mutatio dextere altissimi.

Memoratus sum operum dei . quia memor ero a principio mirabilium tuorum.

Et meditatus sum in omnibus operibus tuis . et in ad(in)uentionibus⁶ tuis me exercebor.⁷

Deus in sancto uia tua quis deus magnus 'sicut deus noster . tu es deus qui facis mirabilia magna solus.

Notam fecisti in populis uirtutem /tuam . liberasti [col. 2. bracio tuo plebem tuam filios Iacob et Yoseph.

Viderunt te aque deus uiderunt te aque et timuerunt . conturbati sunt abyssi.

A multitudine sonitus aquarum . uocem dederunt nubes.

Etenim sagitte tue pertransierunt . uox tonitruui tui in rota.

Inluxerunt fulgura⁸ eius orbi terre . mota et tremefacta est terra.

Yn mari uie tue et semite tue in aquis multis . et uestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oues populum tuum . in manu Moysi et Aaron.

ORATIO. In die tribulationis nostre domine precem quam effundimus suscipe . et extensis in nocte manibus que desideramus intellege. Occurre animabus nostris optimus consolator . et indulgentiali labore existe redemptor. /Et [f. 36. qui nos adquisisti passionem⁹ uoluntaria . erue nos de laqueo uenantis inuicta potentia. Et qui¹⁰ uestigia tua non cognoscuntur . uel dum mirabiliter ad uirginem uenis ; aut potenter mundum deuincis . atque optimus triumphator ad cęlos regrederis . illic petimus nos adtraas quo procedis.

¹ cogitabam] gloss *exercitabar*, so Vulg.

² uentilabam] gloss *scopebum*, so Vulg.

³ repellat] gloss *proiciet*, so Vulg.

⁴ adhuc] *d* on erased *u*.

⁵ amputabit] gloss *abscidet*.

⁶ adinuentionibus] *in* interlined.

⁷ exercebor] gloss, without reference mark, but apparently referring to this word, *utabor idest pienso*.

⁸ fulgura] gloss *coruscationes*, so Vulg.

⁹ read *passione*.

¹⁰ read *quia* ?

LXXVII [PSALMVS].

INTELLECTVS ASAPH.

ANTIPHONA. *Aperiam in parabolis os meum loquar que facta sunt ab initio seculi.*

Adtende popule meus legem meam . inclinate aurem uestram in uerba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum . loquar propositiones /ab initio seculi. [col. 2.

Quanta audibimus et cognouimus ea . et patres nostri annuntiaberunt nobis.

Non sunt occultata a filiis eorum . in progenie altera.

Narrate laudes domini et uirtutes eius . et mirabilia eius que fecit.

Et suscitabit testimonium in Iacob . et legem posuit in Israhel.

Quam mandabit patribus nostris . ut notam facerent ea (af)¹ filiis suis.

Vt cognoscant generatio altera . filii qui nascentur exurgent et narrabunt ea filiis suis.

Vt ponant in deo spem suam . et non oblibiscantur operum dei sui . et mandata eius exquirant.

Ne fiant sicut et patres eorum . genus prabum et peramarum.²

Genus³ quod non direxit cor suum . et non credidit deo spes eius.

Filii Efrem⁴ intendentes arcum . et mittentes sagittas (s)uas⁵ . /quum conuersi sunt in die belli. [f. 36.b.

Non custodierunt testamentum dei sui . et in lege eius noluerunt ambulare.

Et obliti sunt beneficiorum eius . et mirabilium eius que hostendit eis.

Coram patribus eorum fecit magnalia in terra Egypti . in campos Taneos.⁶

Interruptit mare et perduxit eos . et statuit aquas quasi in utre.

Et eduxit eos in nubem diei . et nocte in inluminatione luminis.

Interruptit in eremo petram . et ad† adaquabit eos uelut in abiss(is)⁷ mult(is).

¹ af (sic) interlined.

² genus] gloss generatio, so Vulg.

³ suas] s interlined.

⁴ Efrem] gloss idest Effraim.

⁵ Taneos] gloss Tan nomen loci . et est ciuitas in qua plurima mala facta sunt.

⁶ abissis multis] erasures.

Et eduxit aquam de petra . et eduxit tamquam flumina
aquas.

Et apposuerunt adhuc peccare ei . in ira concitaberunt ()¹
excelsum in siccitate.²

Et temptaberunt deum in /cordibus suis . ut peterent [col. 2.
escam animabus suis.

Et male loquuti sunt de deo . et dixerunt.

Numquid poterit deus . parare mensam in deserto.

Quoniam percussit petram et fluxerunt aque . et torrentes
inundaberunt.

Numquid et panem poterit dare . aut parare mensam populo
suo.

Idco audibit deus et distulit et superposuit . et ignis accensus
est in Iacob . et ira dei ascendit in Israhel.

Quia non crediderunt in deum suum . nec speraberunt in
salutare eius.

Et mandabit nubibus desuper . et ianuas celi aperuit.

Et pluit illis manna manducare . panem celi dedit eis.

Panem angelorum manducabit homo . frumentationem³ misit
illis in habundantia.

'REPETITIO. Et excitabit austrum de celo . et induxit [f. 37.
in uirtute sua africum.

Et pluit super eos sicut pulberem carnes . et sicut arene maris
uolatilia pinnata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum . circa tabernacula
eorum.

Et manducaberunt et saturati sunt nimis . et desiderium eorum
obtulit eis.

Non sunt fraudati a desiderio suo . adhuc esca eorum erat in
ore ipsorum.

Ira dei ascendit in eis et occidit plurimos eorum . et electos
Israhel inpedibit.

Yn omnibus his peccaberunt adhuc . et non crediderunt in
mirabilibus eius.

Et defecerunt in uanitate dies eorum . et anni eorum cum
festinantia.

Quum occideret eos tunc querebant eum . et conuer-
/tebantur ante lucem et ueniebant ad eum. [col. 2.

Et rememorati sunt quia deus adiutor eorum est . et deus
excelsus liuerator eorum est.

Et dilexerunt eum in ore suo . et lingua sua mentiti sunt ei.

¹ erasure of three or four letters.

² siccitate] gloss *in inaquoso*, so Vulg.

³ frumentationem] gloss *cibaria*, so Vulg.

Cor autem ipsorum non est rectum cum eo . nec fides habita est illis in testamento eius.

Ypse autem est misericors et propitius fit¹ peccatis eorum . et non disperdidit eos.

Et habundauit ut auerteret iram suam ab eis . et non accendit omnem iram suam.

Et rememorati sunt quia caro sunt . spiritus uadens et non rediens.

Quotiens exaceruauerunt eum in deserto . in ira concitauerunt eum in terra sine aqua.

Et conuersi sunt et temptauerunt deum . et sanctum Israhel exaceruauerunt.

/Non sunt rememorati manus eius . die qua liuerabit [f. 37.b. eos de manu tribulationis.

Qui posuit in Egypto signa sua . prodigia sua in campos Taneos.²

Conuertit in sanguine flumina eorum . et puteales aquas eorum ne biberent.

Inmisit in eis muscam³ caninam et comedit eos . et rana exterminabit eos.

Et dedit canicule⁴ fructus eorum . et labores eorum locuste.

Occidit in grandine uineas eorum . et moros eorum in pruina . et substantia eorum in igne.

(Et⁵ tradidit () grandin(i) iumenta eorum . et possessiones eorum in igne.)⁵

Inmisit in eis iram indignationis sue . indignationem et iram et tribulationem inmissiones per angelos malos.

Viam fecit semite ire sue . et non pepercit a morte animabus eorum . et iumenta eorum in morte conclusit.

/Et percussit omne primogenitum in terra Egypti . [col. 2. primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cam.

Et abstulit sicut oues populum suum . et perduxit eos tamquam gregem in deserto.

REPETITIO. Et eduxit eos in spe et non timuerunt . et inimicos eorum operuit mare.

Et adduxit eos in montem sanctificationis sue . montem hunc quem adquisibit dextera eius.

Et ciecit a facie eorum gentes . sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.

Et habitabit in tabernaculis eorum . tribus Israhel.

¹ fit] gloss *fiet*, so Vulg.

² campos Taneos] gloss [*ciuitas* Egypti ubi maxima signa facta sunt.

³ muscam caninam] gloss *cinomia*.

⁴ caniculae] gloss *erugine* ; *acrugini* Vulg.

⁵ Et... in igne] verse omitted but inserted in the marg. perhaps by original hand ; two erasures.

Et temptaberunt et exaceruaberunt deum excelsum . et testimonia eius non custodierunt.

Auerterunt se et non obseruaberunt sicut et patres eorum . et conuersi sunt in arcum peruersum.¹

In ira concitaberunt eum in collibus suis . et in sculp- [f. 38. tilibus suis emulati sunt eum.

Audibit deus et sprebit . et ad nicilum redigit² nimis Israhel.

Et reppulit tabernaculum Selo()³ . tabernaculum suum in quo haitabit inter homines.

Et tradidit in captiuitate uirtutes eorum . et pulcritudines eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populum suum . et hereditatem suam sprebit

Iubenes eorum comedit ignis . et uirgines eorum non sunt lamentate.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt . et uidue eorum non ploraberunt.

Et excitatus est tamquam dormiens dominus . et tamquam potans crapulatus a uino.

Et percussit inimicos suos in posteriora . obprobrium sempiternum dedit eis.

Et reppulit tabernaculum Yosep . et tribum Efrem non elegit.

/Sed elegit tribum Iuda . montem Syon quem dilexit. [col. 2.

Et edificabit sicut unicornuorum sanctificationem suam . in terra fundabit ea()⁴ in secula.

Et elegit Dauid seruum suum . et sustulit eum de gregibus ouium.

De post fetantes⁴ accepit eum pascere Iacob seruum suum . et Israhel hereditatem suam.

Et pabit eos sine malitia cordis sui . et in sensu manuum suarum . deduxit eos.

ORATIO. Narrantes laudes tuas domine et potentias tuas et mirabilia tua que fecisti . cum ante conspectum populi tui mare diuideres . lumen pretenderes . ignem preferes⁵ . celi ianuas aperires . panem angelicum dares . precamus ac petimus ut nos quoque similibus uirtutum tuarum circumdes excubiis . ne uel seculi fluctus obuolbat . uel incertum /uite cursum⁶ iter teneat uel ignor- [f. 38. b. antie nox fidei inluminatione deficiat . Ut⁷ celi aditus orationi non pateat . uel panis uibus uitam se negando non prebeat . sed in

¹ arcum peruersum] gloss *procul iacit sagittas sed percutit mitentem, prauum.*

² Selo] a letter erased.

³ eam] m erased.

⁴ fetantes] gloss *idest pregnantes uel liberatas a partu.*

⁵ read *praefertes.*

⁶ read *cursus?*

⁷ read *uel.*



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Vsquequo deus irasceris in finem .an in finem exardescit
uelut ignis zelus tuus.

Effunde iram tuam in gentes que te non noberunt . et in regna
que nomen tuum non inuocaberunt.

Quia comederunt Iacob . et locum eius desolaberunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum . cito
anticipet misericordia tua domine . quoniam pauperes facti sumus
nimis.

Adiuba nos deus salutaris noster . et propter honorem
nominis tui liuera nos . et propitius esto peccatis nostris propter
nomen tuum.

Nequando¹ dicant gentes . ubi est deus eorum.

Innotescat in nationibus coram oculis nostris . defensio²
sanguinis seruorum tuorum qui effusus est.

Yntret in conspectu tuo gemitus conpeditorum . secundum
multitudinem brachii tui posside filios morti punitorum.³

/Redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum [f. 39.b.
inproperium ipsorum . quod exprobraberunt tibi domine.

Nos autem populus tuus et oues gregis tui confitebimur tibi in
secula . et in seculum seculi narrabimus laudem tuam.

ORATIO. Ne memineris iniquitates nostras antiquas domine.
neque nos originalis deuiti culpa prestingat⁴ quos secunda
natiuitas in Christo regenerat. Adprehendat nos itaque
misericordia tua . quia creator omnium in homine nascitur . et
homo in deum glorificandus adsumitur.

LXXVIII [PSALMVS].

IN FINEM PRO HIS QUI INMVTABVNTVR TESTIMONIVM ASAPH.

* Qui regis Israhel intende . qui deducis uelut ouem Yoseph.*
Qui sedes super /cerubin manifestare coram Efrem . [col. 2.
et Benjamin et Manasse.

Excita potentiam tuam . et ueni ut saluos facias nos.

Deus uirtutum conuerte nos . et hostende faciem tuam et salui
erimus.

Domine deus uirtutum . quousque irasceris in orationem
serui tui.

Cibasti nos panem lacrimarum . et potum dedisti nobis in
lacrimis ad mensuram.

Posuisti nos in contradictione uicinis nostris . et inimici
nostri deriserunt⁵ nos.

¹ quando] gloss *forte*, so Vulg.

² defensio] gloss *ultio*, so Vulg.

³ morte punitorum] gloss *mortificatorum*, so Vulg.

⁴ *praestringat* or *praestinguat*?

⁵ deriserunt] gloss *subsannaucrunt*, so Vulg.

Deus uirtutum conuerte nos . et hostende faciem tuam et salbi erimus.

Vineam ex Egypto transtulisti . eiecisti gentes et plantasti eam.

Viam fecisti in conspectu eius . et plantasti radices eius et repleta est terra.

Operuit montes umbra eius . /et arbusta¹ eius cedros [f. 40. dei.

Extendisti palmites eius usque ad mare . et usque ad flumina propagines² eius.

Vt quid dextruxisti maceriam³ eius . et uindemiaberunt eam omnes transeuntes uiam.

Exterminabit eam aper de silua . et singularis ferus⁴ depastus est eam.

Domine deus uirtutum conuerte nunc . respice de celo et uide et uisita uineam istam.

Et dirige eam quam plantabit dextera tua . et filium hominis quem confirmasti tibi.

Incensam igni et effosa† manu . ab increpatione uultus tui domine peribunt.

Fiat manus tua super uirum dextere tuę . et super filium hominis quem confirmasti tibi.

Et non discedimus a te uiuificabis nos . et nomen tuum inuocabimus.

Domine deus uirtutum conuerte nos . /et hostende [col. 2. faciem tuam et salbi erimus.

ORATIO. Qui regis Israhel intende per misericordiam domine . qui deducis uelut ouem Yosep . pastoris gubernacula . et protectorem†⁵ inpende remedia . conuerte nos et hostende faciem tuam et salbi erimus . qui excelsus humilia respicis . qui orantium preces propitiatus exaudis.

LXXX [PSALMVS].

IN FINEM PRO TORCVLARIBVS PSALMVS ASAPH QVINTA SABBATI.

* **E**xultate deo adiutori nostro . iubilate deo Iacob.*
Sumite psalmum et date timphanum . psalterium iucundum cum cithara.

Cantate in initio mensis tuba . in die insignis ()⁶ sollempnitatis uestre.

/Quia preceptum Israhel est . et iudicium deo Iacob. [f. 40. b.

¹ arbusta] gloss *nouella uel alta*.

³ maceriam] gloss *longas parietas*.

⁵ protectoris Lor.

PSALT. MOZ.

² propagines] gloss *extendere*.

⁴ singularis ferus] gloss *bestia crudelis*.

⁶ one letter erased.

Testimonium in Iosep posuit quum exiret de terra Egypti linguam quam non noberat audibit.

Diuertit ab honeribus dorsum eius . manus eius in cofino¹ seruierunt.

In tribulatione inuocasti me et liberabi te . et exaudibi te in abscondito tempestatis . prouabi te ad aquas contradictionis.

Audi popule meus et loquar . Israhel et testificabor tibi.

Israhel si me audieris non erit in te deus recens² . nec adorabis deos alienos.

Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Egypti . dilata os tuum et ego adimplebo illud.

Et non audibit populus uocem meam . et Israhel non intendit mici.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum . et (i)bunt³ /in uoluptatibus suis. [col. 2.

Si plebs mea audisset me Israhel si in uiis meis ambulasset . ad nicilum inimicos eius humiliassem . et super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici domini mentiti sunt ei . et erit tempus eorum in eternum.

Ciuabit eos ex adipe frumenti . et de petra melle saturabit cos.

ORATIO. Exultamus in te domine quem adiutorem nostrum et cognoscimus et fatemur . propter quod etiam tibi iubilamus in desideriiis . summus⁴ in doctrina psalmum . in mortificatione reddimus timphanum . te enim laudando festa peregemus⁵ . tuarumque⁶ recordatione mirabilium iucundamur . concede itaque nobis ut qui tua recolimus beneficia tua percipere /mcreamur et premia. [f. 41.

LXXXI [PSALMVS].

PSALMVS ASAPH.

ANTIPHONA. *Iudicate pupillo et egeno humilem et pauperem iustificate.*

Deus stetit in sinagoga deorum . in medio autem deus discernit.

Quousque iudicatis iniquitatem . et facies peccantium adsumitis.

Iudicate pupillo et egeno . humilem et pauperem iustificate.

¹ cophino] gloss *portabant in cophinis lutum ad faciendos lateres.*

² recens] gloss *nouus.*

³ ibunt] *i* on an erasure of two or three letters length.

⁴ summus Lor.

⁵ peragimus Lor.

⁶ tuorumque Lor.

Eripite pauperem et egenum . de manu peccatoris liberate eum.

Nescierunt neque intellexerunt qui in tenebris ambulant .
mobeuntur omnia fundamenta terre.

Ego dixi dii estis . et filii excelsi homines.†¹

Vos autem sicut homines moriemini . et sicut unus /de [col. 2.
principibus cadetis.

Exurge domine iudica terram . quia tu hereditaberis omnibus
gentibus.

ORATIO. Humilem et pauperem iustificas domine quia tu
et consolaris subiectum et sustentas egenum . miserere ergo
nobis quoniam adf te postulamus substantiam . et tibi subdimur
tota conscientia . ut nostra que in te est fiducia repperiat exobtata
suffragia . et gaudia percipiat sempiterna.

LXXXII [PSALMVS].

CANTICVM PSALMI ASAPH.

ANTIPHONA. *Cognoscant gentes quia nomen tibi
dominus tu solus altissimus super omnem terram.*

Deus quis similis tibi ne taceas . neque conpescaris deus.
Quoniam (ecce)² inimici tui domine sonuerunt . et qui te
hoderunt leuaberunt capud.

In plebem tuam aduersum te /cogitaberunt consilium . [f. 41. b.
cogitaberunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt uenite disperdamus eos ex gente . et non memoretur
nomen Israhel amplius.

Quoniam cogitaberunt consilium in unum . aduersus te
testamentum disposuerunt.

Tabernacul(a)³ Ydumeorum et Ysmaclitarum . Moab et
Agareni.

Gebal et Amon et Amalec et alienigena cum haitantibus
Tirum.

Etenim Assirius simul uenit cum illis . facti sunt in
susceptione filiis Loth.

Fac illis deus sicut Madian et Sisare . et sicut Iabin in
torrentem Cison.⁴

Disperierunt omnes in Endor . facti sunt sicut stercus terre.

Pone principes eorum sicut Oreph et Zebzebeq . et Salmana
omnes principes eorum . qui /dixerunt hereditatem possi- [col. 2.
deamus nobis sanctuarium dei.

¹ homines] read *omnes*.

² ecce] interlined.

³ tabernacula] a on *um* erased.

⁴ Cison] gloss *interpretatur duricia*.

Deus meus pone illos ut rotam . et sicut stipulam ante faciem uenti.

Sicut ignis qui conburet silbam . uelut si flamma conbur(a)t¹ montes . ita persequeris eos in tempestate tua . et in ira tua conturuabis eos.

Imple facies eorum ignominia² . et querant nomen tuum domine.

Confundantur et turbentur in seculum seculi . et reuereantur et pereant in eternum et in seculum seculi.

Et cognoscant quia nomen tibi dominus . tu solus altissimus super omnem terram.

ORATIO. Cognoscant omnes domine per tuam misericordiam . quia tu es deus solus super omnem terram. Salutiferum hoc donum tribue in corda uniuersorum . / quia cum te das [f. 42. sciri in pertis sapientiam . et quoniam iam nos credulitate imbuisti et docuisti . quesumus ut sicut fidei normam sumus adepti . sic etiam uite eterne premium te largiente mereamur adipisci . amen.

LXXXIII [PSALMVS].

IN FINEM PRO TORCVLARIBVS FILIIS CHORE PSALMVS.

ANTIPHONA. *Cor meum et caro mea exultaberunt in deum uiuum.*

Quam amabilia³ sunt tabernacula tua . domine uirtutum. Concupibit et defecit anima mea . in atria domini.

Cor meum et caro mea . exultaberunt in deum uiuum.

Etenim passer inuenit sibi domum . et turtur nidum ubi reponat pullos suos.

Altaria tua domine uirtutum . / rex meus et deus [col. 2. meus.

Beati qui haitant in domo tua . in secula seculorum laudabunt te.

Beatus uir cuius est auxilium abs te domine . ascensus in corde eius disposuisti in conuallem plorationis . in locum quem fundasti ei.

Etenim benedictionem dabit . qui legem dedit.

Ambulabunt de uirtute in uirtute†⁴ . et uidebitur deus deorum in Sion.

Domine deus uirtutum exaudi precem meam . auribus percipe deus Iacob.

Protector noster aspice deus . et respice in faciem christi tui.

Quia melior est dies una . in atriis tuis super milia.

¹ conburat] a on erased e?

³ amabilia] gloss *dilecta*, so Vulg.

² ignominia] gloss *infamia*.

⁴ read *uirtutem*.

Elegi abiectus esse in domo dei. magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et ueritatem diligit dominus. gratiam /et gloriam dabit deus. [f. 42.b.

Dominus non priuabit bonis. ambulantes in innocentiam.†¹

Domine deus uirtutum. beatus homo qui sperat in te.

ORATIO. Cor nostrum et caro nostra tibi deo uiuo exultat humili deuotione. et continua supplicatione. in corde meditatio inest assidua. in corpore prostratio moderata. et totum tibi inpendat officium. quia a te est totum in†² beneficium. obsecramus ut tribuas nobis promptum ad te exorandi affectum. et inperitias perscuerantiam. ut nunquam desinamus prestolare³ tuum aduentum. per quod mereamur uidere tuum iucundum conspectum.

ALIA ANTIPHONA. • Protector noster aspice deus et respice in faciem christi tui. • *Versus.* Quia melior.

ORATIO. Deus cuius amabilia taber/nacula et speciosa [col. 2. sunt atria. in quorum ambitu et gradimur†⁴ sanctitas et congaudet diuinitas. da animabus nostris in illa adtentius concupiscere in qua dies una melior est†⁵ super milia noscitur prefulgere. et illic quesumus introducamur uel abiecti dummodo non sumus penitus exteri. Vt†⁶ tua sit in nobis beatior corporis quam sinceritas cordis†⁶. in te deum uiuum exultatione perpetua gaudeant. et laudem tuam dulci modulamine ac pio famulatu per succedentia secula iucundanter persolbant. amen.

LXXXIII [PSALMVS]

IN FINEM FILIIS CHORE PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. • Conuerte nos deus saluator noster et auerte iram tuam a nobis. •

Benedixisti domine terram tuam. auertisti capti/uitatem [f. 43. Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tue. operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti⁷ omnem iram tuam. auersus es ab ira indignationis tue.

Conuerte nos deus salutaris noster. et auerte iram tuam a nobis.

Non in eternum irascaris nobis. neque extendas iram tuam a progenie⁸ in progenie.

¹ read *innocentia*.

² om. *in*?

³ i.e. *praestolari*.

⁴ *graditur* Lor.

⁵ om. *est* Lor.

⁶ *Vt... cordis] ut innotato corpore sincera cordi in te etc.* Lor. I cannot suggest a satisfactory emendation.

⁷ *mitigasti] gloss amansisti (?) nel...*

⁸ *progenie] gloss a generatione in generatione, cf. Vulg.*

Deus tu conuertens uiuificabis nos . et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam . et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus . quoniam loquetur pacem in plebem suam . et super sanctos suos . et in eos qui conuertuntur ad ipsum corde.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius . ut in/habitet gloriam†¹ in terram† nostram†. [col. 2.

Misericordia et veritas obuiaberunt sibi . iustitia et pax se complexe sunt.

Veritas de terra orta est . et iustitia de celo prospexit.

Etenim dominus dabit benignitatem . et terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit . et ponet in uia gressus suos.

ORATIO. Conuerte nos deus salutaris noster ad te . ut auertas iram tuam a nobis . quoniam adesit†² respiramen . si suspederis†³ furorem . conuerte nos ut miserando uulnera nostra sanes ne auersus iuste pro peccata†⁴ plagas potius multiplices . Ergo rogamus ut preueniat iustitia†⁵ pietas . et preoccupet penam indulgentiam†⁶ . Nosque ad te conuerte ut tribuas salutem . et subtraas ultionem . amen.

/ALIA ANTIPHONA. *Deus tu conuertens uiuificabis [f. 43.b nos et plebs tua letabitur in te.*

[ORATIO]. Conuerte nos deus salutaris noster ad te . et auerte iram tuam a nobis . ac super populum tuum pacem presta quam loquuntur†⁷ . ut letentur in te et salutare tuum custodia salutis intellegentes . uel misericordiam tuam temporum prosperitate cognoscentes†⁸ . uel benignitatem tuam fructum benignitatis suscipientes†⁸ . amen.

LXXXV [PSALMVS].

ORATIO DAVID.

ANTIPHONA. *Saluum fac seruum tuum domine deus meus sperantem in te.*

I nclina domine aurem tuam et exaudi me . quoniam egenus†¹⁰ et pauper sum ego.

Custodi animam meam . quoniam sanctus es.

¹ read *gloria in terra nostra*.

² adesit] *aderit* Lor.

⁴ *peccato* Lor.

⁶ *indulgentia* Lor.

⁸ read *cognoscant... suscipiant?*

⁹ fructum benignitatis] *fructu foecunditatis*, Lor. p. 128, *fructuum foecunditate*, *ib.* p. 116.

³ *suspenderis* Lor.

⁵ *iustitiam* Lor.

⁷ loquuntur] *loqueris* Lor.

¹⁰ egenus] gloss *inobs uel sine gente*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LXXXVI [PSALMVS].

¹CANTICVM PSALMVS FILIIS CHORE IN FINEM PRO AMALEC
AD RESPONDENDVM . INTELLECTVS ETHAN ISRAELITE FILI.

ANTIPHONA. *Diligit dominus portas Sion super omnia
tabernacula Iacob.*

/Fundamenta eius . in montibus sanctis. [f. 44.b
Diligit dominus portas Syon . super omnia tabernacula
Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te . ciuitas dei.

Memor ero Raab² . et Babilon scientium me.

Ecce enim alienigena et Tirus et populus Eziopus³ qui fuerunt
illic.

Mater Syon dicet homo et homo factus est in ea . et ipse
fundabit eam altissimus.

Dominus narrabit scripturas populorum suorum . et principum
eorum qui fuerunt in ea.

Sicut letantibus nobis omnibus commemoratio est in te.

ORATIO. Diligis domine portas Syon quas cotidie construis
in conpage fidelium . Non eas confringet error ereticorum . qui⁴
eas roboras crucis uexillo . in hac nos /unitate rogamus [col. 2.
socios facito . quos agnoscis tuos infixos esse sigillo . ut in
ciuitatem tuam sanctam Iherusalem ingredi mereamur corde
iucundo.

LXXXVII [PSALMVS].

CANTICVM PSALMVS FILIIS CHORE IN FINEM PRO AMALEC
AD RESPONDENDVM INTELLECTVS ETHAN ISRAHELITE.

ANTIPHONA. *Intret oratio mea in conspectu tuo inclina
aurem tuam ad precem meam domine.*

Domine deus salutis meę . per diem clamabi et nocte coram te
Intret oratio mea in conspectu tuo . inclina aurem tuam
ad precem meam domine.

Quia repleta est malis anima mea . et uita mea in infernum
adpropriabit.

Extimatus sum cum descendentibus in lacum . factus sum
sicut homo /sine adiutorio . inter mortuos liber. [f. 45.

Et sicut uulnerati dormientes proiecti in monumentis . quorum
non est memoria amplius . equidem ipsi de manu tua expulsi
sunt.

¹ Ps. lxxxvi] the title seems to be taken from the next psalm.

² Raab] gloss *meritrix fuit*.

³ Aethiopus] gloss *nigri in peccatis*.

⁴ read *quia*.

Posuisti me in loco inferiori . in tenebris et umbra mortis.

In¹ me confirmata est iracundia tua . et omnes elationes² tuas super me induxisti.

Elongasti notos meos a me . posuisti me abominationem eis . traditus sum et non egrediebar.

Oculi mei infirmati³ sunt pre inopia . clamabi ad te domine deus meus . tota die expandi manus meas ad te.

Numquid mortuis faciens† mirabilia ; aut medici resuscitabunt et confitebuntur tibi.

Numquid enarrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam ; aut fueritatem tuam in perditione. [col. 2.

Numquid cognoscetur†⁴ in tenebris mirabilia tua ; aut iustitiam†⁵ tuam† in terra obliterated.

Et ego ad te domine clamabi . et mane oratio mea preuenit te.

Vt quid domine reppulisti orationem meam . auertisti faciem tuam a me.

Pauper sum ego . et in laboribus a iuventute mea . exaltatus autem et humiliatus sum . et confusus.

In me pertransierunt ire tuę . et terrores tui conturuaberunt me.

Circuierunt me sicut aqua tota die . circumdederunt me simul.

Elongasti a me amicum . et notos meos pre miseria.

ORATIO. Inclina domine aurem tuam ad precem nostram . ut quicquid deliquimus indulgeas . et quicquid ad† te rogamus /inpertias . ut iniquitates diluas . et opera que tibi placeant [f. 45. b. agenda concedas. Nosque a peccatis absolbas et ad celestia dona sustollas. Sicque et mortis semina diluas et incrementa eterne uite adtribuas . amen.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Et ego ad te domine clamabi et mane oratio mea preueniat ad te.*

[ORATIO] Domine deus salutis nostre clamorem nostrum ad te per diem et per noctem porrectum dignanter intellege . et placabiliter accipe . ac sic oratio nostra conspectus tui audeat† penetrabilia . ut inde misericordiam tuam pro peccaminum expiatione adducat . non nos tui conturbent terrores . sed pietas benigna de id quod trepidamus parcendo confortet. Vt matutine lucis in aduentu surgentes . misera/tionum nostrarum [col. 2. ornamenta clarificent . et diuinum iubar mentem nostram plenitudinem†⁶ sui uigoris perlustret. pater.

¹ in me] gloss *super me*, so Vulg.

² infirmati sunt] gloss *languerunt*.

⁴ read *cognoscentur*.

⁵ read *a*.

⁷ read *adeat*.

² elationes] gloss *fluctus tui*

³ read *iustitia tua*.

⁶ read *plenitudine*.

BENEDICTIO. Ex alto uos dominus . cum oraberitis exaudiat. Et aurem placidam uestra¹ supplicationi inclinet. Regat mentes uestras consilio salutari . et animas uestras in temtatione non patiatur induci . amen.

LXXXVIII [PSALMVS].

INTELLECTVS ETHAN ISRAHELITE.

* **M**isericordias tuas domine in eternum cantabo* . in generatione et pro genie pronuntiabo ueritatem tuam (in ore meo).²

Quoniam dixisti in eternum/ misericordia edificabitur . [f. 46. in celis preparabitur ueritas tua.

Disposui testamentum electis meis . iurabi Daud seruo meo.

Vsque in eternum preparabo semen tuum . et edificabo in generatione et pro genie sedem tuam.

Confitebuntur celi mirabilia tua domine . et ueritatem tuam in eclesiis sanctorum.

Quoniam quis in nubibus equabitur domino . aut quis similis erit deo inter filios dei.

Deus qui glorificatur in concilio sanctorum . magnus et metuendus super omnes qui in circuitu eius sunt.

Domine deus uirtutum quis similis tibi . potens es domine et ueritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestatem maris . motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Tu humiliasti sicut uulne/ratum superuum . et in [col. 2. uirtute brachii tui . dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt celi et tua est terra . orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti.

Aquilonem et mare tu creasti . Tabor et Ermon in nomine tuo exultabunt.

Tuum brachium cum potentia firmetur manus tua . et exaltetur dextera tua.

Iustitia et iudicium preparatio sedis tuę . misericordia et ueritas preibunt ante faciem tuam.

Beatus populus qui scit iubilationem . domine in lumine uultus tui ambulabunt . et in nomine tuo exultabunt tota die . et in tua iustitia exaltabuntur.

Quoniam gloria uirtu(tis)³ eorum tu es . et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quoniam a domino est adsumtio . /et a sancto Israhel [f. 46.b. regi nostro.

¹ read *uestrae*.

³ uirtutis] *tis* over erased.

² in ore meo] apparently inserted.

Tunc loquutus es in aspectu¹ filiis tuis . et dixisti posui adiutorium super potentem . et exaltabi electum de populo meo.

(REPETITIO).² Inueni Dauid seruum meum . oleo sancto linui eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei . et bracium meum confortabit eum.

Nicil proficiet inimicus in eo . et filius iniquitatis non nocebit eum.

Et concidam inimicos eius a facie ipsius . et hodientes eum in fugam uertam.³

Et ueritas mea et misericordia mea cum ipso . et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manuum⁴ eius . et in fluminibus dexterar⁵ eius.

Ypse inuocabit me pater meus es tu . deus meus (et)⁶ susceptor salutis mee.

Et ego primogenitum ponam illum . excelsum pre regibus terre.

/REPETITIO. *In eternum seruabo illi misericordiar⁷ [col. 2. mea⁸ . et testamentum meum fidele ipsi.*

Et ponam in secula seculorum sedem eius . et tronum eius sicut dies celi.

Si dereliquerint filii eius legem meam . et in iudiciis meis non ambulaberint.

⁸(Si iustificationes meas profanaberint . et mandata mea non custodierint.)⁸

Visitabo in uirga iniquitates eorum . et in flagellis peccata eorum.

Misericordiar⁷ autem mea⁷ non auferam ab eis . neque nocebo eos in ueritate mea. Neque⁹ profanabo testamentum meum . et que procedunt de labiis meis non faciam irritam.¹⁰

Semel iurabi in sancto meo si Dauid mentiar . semen eius in eternum manebit . et tronum eius sicut sol in conspectu meo.

Sicut luna perfecta in eternum manebit . et testis in celo fidelis.

Tu autem reppulisti et sprebisti . distulisti christum tuum.

/Auertisti testamentum serui tui . profanasti in terra [f. 47. sanctitatem eius.

¹ aspectu] gloss *uisione*, so Vulg.

² uertam] gloss *conuertam*, so Vulg.

³ read *dexteram*.

⁷ read *misericordiam meam*.

⁸ Si iustif...custodierint] this verse, originally omitted, is added in the margin by contemporary hand.

⁹ Neque] rubricated capital though not a new line.

² REPETITIO] erased.

⁴ read *manuum*.

⁶ et] interlined.

¹⁰ read *irrita*.

Dextruxisti omnes macerías¹ eius . posuisti munitiones² eius in formidine.³

Diripuerunt eum omnes transeuntes uiam . ()⁴ factus est in obprobrium uicinis suis.

Exaltasti dexteram inimicorum eius . letificasti omnes inimicos eius

Auertisti adiutorium gladii eius . et non es auxiliatus ei in bello.

Dissolbisti eum ab emundatione . et semen eius in terra conlisisti.

Minorasti paulo minus dies sedis eius . perfudisti eum confusione.

Vsquequo deus irasceris in finem . an in finem exardescit uelut ignis ira tua.

Memorare que sit mea substantia . non enim uane constituisti filios hominum.

Quis est homo qui uiuat /et non uideat mortem . aut [col. 2. quis eruet animam suam de manu inferni.

Vbi sunt misericordie tuę antique domine . sicut iurasti Daud in ueritate tua.

Memor esto opprobrii seruorum tuorum . quod continui in sinu meo multarum gentium.

Quod exprobraberunt inimici tui domine . quod exprobraberunt in comutatione christi tui.

Benedictus dominus in eternum . fiat fiat.

ORATIO. Misericordias tuas domine decantantes . et ueritatem tuam enuntiantes . ipsas⁵ regat misericordia qua⁶ canitur . et possideat ueritas . que profertur . bonorumque studiis deditos . tibi nos facias semper esse acceptos . amen.

ALIA ANTIPHONA. *In celis preparabitur ueritas tua domine.*

ORATIO. In celis gloria tua est domine in terris quesumus sit etiam /tua pax . ut cęlestia terrenis concordet⁷ et [f. 47.b. carnalia spiritualibus conueniat⁷ . Nosque non corporali afflictione deditos sed mentis puritate effice conspicuos . Atque membrorum lassibos mortifica appetitos . ut tibi deseruiat totus homo per⁷ Christum tuum inuocatus . eterne beatitudinis sit paratus.⁷

ANTIPHONA. *In eternum seruabo illi misericordia⁷ mea⁷ et testamentum meum fidele ipsi.*

¹ macerías] gloss *sipes*, so Vulg.

² munitiones] gloss *firmamentum*, so Vulg.

³ in formidine] gloss *in timore*.

⁵ read *ipsos ... quac*.

⁷ perh. *ac per Christum ... sis parator*.

⁴ two letters erased.

⁶ read *concordent, conueniant*.

ORATIO. Christe dei filius admirabilis cui nullus inter filios dei nec equalis extat nec similis. ad te dominum precem nostram dirigimus. ut misericordiam quam pollicitus es seruare sanctis. digneris participare conuersis. ac sic nos quesumus moderamine disciplina¹ corrigas. ut pietatem in ira non auferas. /Nec [col. 2. profanetur testamentum tuum ob admissa facinora sed temporetur ultio miseratione superna. Et ipse totum quod displicet abluas. qui peccatores ad te reuertentes iustificando glorificas. quique nos uoluisti esse ex nicilo id quod sumus. ipse concede ut celestibus regniabti² tecum sine fine uiuamus. amen.

LXXXVIII [PSALMVS].

FINIT LIBER TERTIVS INCIPIT LIBER QVARTVS.

ORATIO MOYSI HOMINIS DEI.

Domine³ refugium factus es nobis. a generatione in progenie. Priusquam fierent montes aut firmaretur orbis terre. a seculo et usque in seculum tu es.

Ne auertas hominem in humi/litatem. et dixisti [f. 48. conuertimini filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies una. et sicut externa⁴ dies que preteriit. et sicut custodia in nocte que pro nicilo habetur. ita erunt anni eorum.

Mane sicut erba transeat. mane floreat et pertranseat. uespere decidat induret et arescat.

Quoniam defecimus in ira tua. et in furore tuo con() turbati⁵ sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo seculum nostrum. in inluminatione uultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt. et nos in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabantur. dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis.

Si autem in potentatibus octu/aginta anni()⁶. et [col. 2. plurimum eorum labor et dolor.

Quoniam superuenit mansuetudo super nos. et corripiemur:

Quis nobis potentiam ire tue. aut pre timore iram tuam dinumerare.

Dexteram tuam domine notam fac nobis. et eruditos corde in sapientia.

¹ *disciplinae* Lor.

² *regnis apti* Lor. al. *aucti* Bianch.

³ *Domine etc.*] no neums, though no separate antiphon.

⁴ *externa*] gloss *aliena*. The spelling of the text (for. *hesterna*) occurs also in the S. Germain MS. of the old Latin.

⁵ *conturbati*] erasure of one letter.

⁶ *anni*] erasure of one letter.

Conuertere domine aliquantulum . et repropitiare super seruos tuos.

Satiati sumus mane misericordiam¹ tuam² . exultabimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris.

Delectati sumus pro diebus quibus nos humiliasti . annis quibus uidimus mala.

Respice in seruos tuos et in opera tua domine . et dirige filios eorum.

Sit splendor domini dei nostri super nos . et op(era)² manuum (tua)rum³ dirige in nos . et opus manuum nostrarum confirma.

ORATIO. Domine qui refugium factus es /nobis [f. 48. b] antequam montes fieret⁴ uel arida firmaretur . cum ista sis sine tempore conditor temporum . ut in natura tua nunc transtractum in preteritis nihilque nobis obueniat in futuris sed prescens sempiterna uirtus atque in die mutabilis bonitas perseueret ; qui prius homini prorogasti beniuolentiam quam humanam conderes creaturam . Respice in seruos tuos . et opera manuum nostrarum in conspectu tuo dirige placituras⁶ et ut nos in salute pertraas ipse confirma.

ALIA ANTIPHONA. *Conuertere domine aliquantulum et repropitiare super seruos tuos.*

[ORATIO.] Conuertentes ad te domine potestatis tue que ante secula et in seculum permanet . refugium postulamus uos quos in paruitate annorum nostrorum /opere male per [col. 2] pompam decipiunt . respicient⁷ in nobis . et hic qualitate immaculati cursum uite nostre impleamus donec auxilium . et illic in diem⁸ iudicii ut tibi placeamus remissionem tribua peccatorum.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Sit splendor domini dei nostri super nos.*

[AD] CONPL[ETORIA]. Sit precamur domine splendor tuus rutilans super nos . ut nostram cecitatem inlumines . nosque a tenebris eruas . et ad te uerum lumen adtraas . ut splendor tuo caliginem nostram discutias . et claritatem tuo corusco quidam uitiorum nubila tegit radio tui candoris omni squalore emundet pater.

BENEDICTIO. Sit dominus uestris precibus pietate benignus . Det uobis que petitis uel que petistis . Adtribuat ueniam cunctis et commoda prestet . amen.

¹ read *miseruordia tua*.

² tuarum] erasure (of nostrarum?)

³ ista sis] perh. *existas*.

⁴ read *respiciente te?* probably a verb is lost.

⁵ perh. *qui . . . emundes*, but I suspect greater corruption.

⁶ opera] erasure (of opus?)

⁷ read *fierent*.

⁸ read *placitura* (or *operam?*)

⁹ read *die*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



XCI [PSALMVS].

PSALMVS CANTICI DIE SABBATO.

* **B**onum est confiteri domino et psallere /nomini tuo [col. altissime.*

Ad annuntiandam mane misericordiam tuam .et ueritate tuam per nocte.†

In decacordo¹ psalterio . cum cantico et cithara.

Quia delectasti me domine in factura tua .et in operib manuum tuarum exultabo.

Quam magnificata sunt opera tua domine .nimis profunde facte sunt cogitationes tue.

Vir insipiens non cognoscat .et stultus non intellet ea.

Quum exurentur peccatores sicut fenum ()² et prescut sunt omnes qui operantur iniquitatem ut intereant³ in seculi seculi. (T)u⁴ autem altissimus .in eternum es domine.

Quoniam ecce inimici tui domine peribunt .et dispargent omnes qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur sicut uni/cornis cornum† meum . et [f. : senectus mea in misericordia uberi.

Et respexit oculus tuus inimicos meos .et insurgentes me malignantes audibit auris tua.

Justus ut palma florebit .et sicut cedrus que est in Liba multiplicabitur.

Plantati in domo domini .in atriis domus dei nos florebut.

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi .et bene patient erunt.

Vt annuntient quoniam iustus dominus deus noster .et n est iniquitas in eo.

[ORATIO]. Bonum est nos tibi domine confiteri tuoq altissimo nomini psallere . ut nos et confessio a periculis erui et psallendi industria coram te grationes†⁵ exhibeat. amen.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Ad annuntiandam ma misericordiam et ueritatem tuam per nocte.†*

[ORATIO]. Annuntiamus domine misericordiam [col. tuam .quam etiam iam susceptam per fidem expectamus in noi perficiendam esse in resurrectione . sic corde credimus . cloquio prenuntiamus . largire quesumus magis hunc affectum

¹ decacordo.] a gloss on this word is lost.

² a/t / fenum] erasure of three or four letters.

³ intereant] illegible gloss.

⁴ rubric initial inserted and no new line.

⁵ read *gratias*.

populo tuo intellectum . per quod tibi exhibeat acceptabile obsequium. pater.

BENEDICTIO. Benedicat uobis dominus . et custodiat uos . ostendat dominus faciem suam uobis . et misceatur uestri . conuertat dominus uultum suum ad uos . et det uobis salutem et pacem. amen.

XCII [PSALMVS].

LAVS CANTICI DAVID IN DIE SABBATI QUANDO FVNDATA EST TERRA.

ANTIPHONA. *Mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus.*

Dominus regnabit . decorem induit.

Induit dominus fortitudinem . et precinxit se uirtutem.

Etenim firmabit orbem terre . / que non commobebitur. [f. 50. b.]

Parata sedis tua deus extunc . et a seculo tu es.

Eleuaberunt flumina domine . eleuaberunt flumina uoces suas.

Tollant flumina altitudines suas . a uocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris . mirabilis in altis dominus.

Testimonia tua domine . credibilia facta sunt nimis.

Domum tuam decet sanctitas . domine in longitudine dierum.

ORATIO. Domine qui semper regnas decore clementię . et uirtute iustitię . sicque et fortitudine inextimabilis . et pietate mirabilis esse cognosceris . quesumus misericordiam tuam . ut auferas iniquitatem nostram . Et hostende potentiam ut nos ab omni turbine seculi cruas . atque ad ęternam /tranquilli- [col. 2. tatem perducas.

XCIII [PSALMVS].

PSALMVS DAVID QUARTA SABBATI.

ANTIPHONA. *Non repellet dominus plebem suam et hereditatem suam non derelinquet.*

Deus ultionum dominus . deus ultionum liber egit.

Exaltare qui iudicas terram . redde retributionem superbis.

Quousque peccatores domine . usquequo peccatores gloria- buntur.

Pronuntiabunt et loquentur iniquitatem . loquentur omnes qui operantur iniustitiam.

Populum tuum domine humiliaberunt . et hereditatem tuam uexaberunt.

Viduam et aduenam interfecerunt . et pupillos occiderunt .
(E)t¹ dixerunt non uidebit dominus . nec inetelleget† hcc deus Iacob.

Intelligite nunc insipientes in populo . et stulti aliquando sapite.

/Qui plantabit aurem non audiet . aut qui finxit² [f. 51. oculum non considerat.

Qui corripit gentes non arguet . qui docet hominem scientiam.

Dominus scit cogitationes hominum . quoniam uane sunt.

Beatus homo quem tu erudieris domine . et de lege tua docueris eum.

Vt mitiges³ eum a diebus malis . donec fodiatur peccatori fobeam.†

Quoniam non repellet dominus plebcm suam . et hereditatem suam non derelinquet.

Quousque iustitia conuertatur in iudicio . et tenent eam omnes qui recto sunt corde.

Qui resistet mici aduersus malignantes . aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem.

Nisi dominus adiubisset me . paulo minus hauitaberat /in inferno anima mea. [col. 2.

Si dicebam motus est pes meus . misericordia tua domine adiubisset me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo . exortationes tuę delectaberunt animam meam.

Numquid aderebit tibi sedis iniquitatis . qui fingis dolorem in precepto.

Captabunt⁴ animam iusti . et sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mici dominus in refugium . et deus meus in auxilium spei meę.

Et reddet illis iniquitates ipsorum . et in malitia eorum disperdet eos dominus deus noster.

ORATIO. Non repellas domine plebem tuam quam potentiam†⁵ tuam† creasti . que te et creatorem fatetur et redemptorem ueneratur. Quicquid neclegentia subrepente deliquit tu indulge . et hostendas misericordiam tuam et non derelinquas hereditatem tuam. amen.

¹ Et] the rubricated letter is an alteration.

³ mitiges] gloss *tempares uel mansuescas*.

⁴ captabunt] gloss *capient uel assumunt*.

² finxit] gloss *simulauit* .

⁵ read *potentia tua*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Propter quod hodie habui hanc generationem . et ipsi non cognoverunt vias meas.

Quibus iurabi in ira mea . si introibunt in requiem meam.

ORATIO. Preoccupantes faciem tuam domine et in confessione . et in psalmis tibi deuota modulatione iubilanti adoramus ac procedimus¹ ante te ploratu et gemitu inter nos deprecantes . ut quia tu fecisti nos et tu es deus noster . ne populum tuum pius dominus protegas . et oves pascue tuae pastor sollicitus custodias . tribuasque his gratiam . pro quibus posuisti animam tuam.

XCV [PSALMVS].

CANTICVM IPSI DAVID SERMONES QVOS LOQVVTVS ES QUANDO /DOMVS EDIFICABATVR POST CAPTIVITATEM. [col. :

ANTIPHONA. *Bene nuntiate de die in die salutem domini.*

Cantate domino canticum nobum . cantate domino omni terra.

Cantate domino et benedicite nomini eius . bene nuntiate de die in (diem)² salutare eius.

Annuntiate inter gentes opera eius . in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis . terribilis super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium demonia . dominus (uero)⁴ celos fecit.

Confessio et species in conspectu eius . sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte domino patrie gentium afferte domino gloriam et honorem . afferte domino gloriam nomini eius.

/Tollite hostias et introite in atria⁵ eius . adorete [f. 52.] dominum in aula sancta eius.

Commobebatur a facie eius . uniuersa terra.

Dicite in nationibus dominus regnabit a ligno . etenim correxit orbem terre qui non commobebitur.

Judicabit populos cum iustitia . et gentes in ira sua.

Letentur celi et exultet terra . mobebatur mare et plenitudo eius.

Gaudebunt campi et omnia que in eis⁶ sunt . tunc exultabunt omnia ligna siluarum ante faciem domini quoniam uenit quoniam ueniet iudicare terram.

¹ read *procedimus* with Lat.

² diem] interlined.

⁵ atria] gloss *paruiter*.

³ read *interius* with Lor.

⁴ uero] on crasure.

⁶ read *eis*.

Iudicabit orbem terre in equitate¹. et populos in ueritate sua.

ORATIO. Cantet tibi domine nobum canticum numerositas populorum quia in redemptionis nostre opera . noba [col. 2. fecisti miracula . nobum sumens² ortum ex uirgine . quod tamen deitati non erat nobum . sed nobis est insolitum monstratum miraculum. Nobum in generatione misterium . in quo totum innobas mundum. Noba genera uirtutum . in curatione egrotum.³ Nobum humilitatis hac⁴ patientie motum⁵ in superuia persequentium. Nobum stupendumque genus uirtutis in gloria resurgentis . noba humanis uisibus tue hostenditur magestatis potestas . cum uerum hominem ad celorum sublimitatem deportas. Concede ut pro quibus tam noba miracula gloriosus opifex indidisti . hos et uesti/giorum tuorum sequaces et [f. 53. gloria⁶ facies⁷ quoheredes. Atque melodia carminis nobi . inter sanctorum fragores etiam nostras uoces admisceas⁷ prestrepentes.

XCVI [PSALMVS].

PSALMVS IPSI DAVID QUANDO TERRA ILLIVS CONSTABILITA EST.

* Dominus regnabit exultet terra . letentur insule multe.*
Nubes et caligo⁸ in circuitu eius . iustitia et iudicium correctio sedis eius.

Ygnis ante eum precedet . et inflammabit in circuitu inimicos eius.

Inluxerunt fulgura eius orbis terre . uidit et commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie domini . a facie dei tremuit omnis terra.

/Annuntiaberunt celi iustitiam eius . et uiderunt omnes [col. 2. populi gloriam eius.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia⁹ . et qui gloriantur in simulac(ris suis).¹⁰

Adorate dominum . omnes angeli eius.

Audibit et letata est Syon . et exultaberunt filie Iude . propter iudicia tua domine.

Quoniam tu es deus altissimus super omnem terram . nimis exaltatus super omnes deos.

¹ aequitate] gloss *iusticia*.

² sumens] possibly Lorenzana's reading *lumen* is correct.

³ read *aegrorum* or *aegrotantium*.

⁵ motum] read *modum*.

⁷ read *admisceas*.

⁹ sculptilia] gloss *imagines*.

⁴ hac] sc. *ac*.

⁶ read *gloriae fa.ias*.

⁸ caligo] gloss *obscuritas uel densitas*.

¹⁰ simulacris suis] on erasure?

Qui diligitis dominum (h)odite¹ malum . custodit dominus
animas seruorum suorum . de manu peccatoris liuerabit eos.

Lux orta est iustis . et rectis corde letitia.

Letamini iusti in domino . et confitemini memorie sanctitati
eius.

ORATIO. Domine cuius in regno credentium terra exultat
cuius iustitiam celi annuntiant . /cuius dominationem [f. 53^l
angelorum legiones adorant custodi seruorum tuorum animas . a
ne peccati auctorem sequentes intereamur² tu libera . tu protege
tu conserua . ut quum ante faciem tuam ignis comburens proyerit
non nos meritorum pena exurendos accipiat . sed clementi
creatoris ut uiuamus eripiat . amen.

XCVII [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Notum fecit dominus salutare suum ante
conspectu³ gentium reuelabit iustitiam suam.*

Cantate domino canticum nobum . quia mirabilia fecit dominus
Saluabit ei dextera eius . et bracium sanctum eius.

Notum fecit dominus salutare suum . ante conspectu³
gentium . reuelabit iustitiam suam.

/Memor fuit misericordie sue Iacob . et ueritatis sue [col.
domu(i Isra)hel.⁴

Viderunt omnes fines terre . salutare dei nostri.

Iubilate deo (omnis terra)⁵ . cantate et exultate et psallite.⁶

Psallite deo nostro in cithara . in cithara et uoce psalmi.

In tubis abietum⁷ et uoce tube cornee . iubilate in conspec
regis domino.

Commoveatur mare et plenitudo eius . orbis terrarum
uniuersi qui habitant in ea.

Flumina plaudent . manibus in idipsum.

(m)ontes⁸ exultaberunt ante faciem domini . quoniam uer
quoniam ueniet iudicare terram.

Yudicabit orbem terre in equitate . et populos in ueritate su

ORATIO. Notum fecisti domine Christum tuum /in [f. 5
conspectu gentium ut crederent in eum teque cum eo unu
deum agnoscerent . atque adorantes laudarent . sit igitur
cunctis precamur fides recta . nec sit in aliquo fidelitas peruersa
sit operatio iusta . et perseueret in hactu uoluntas promi

¹ odite] *h* erased.

³ read *conspectu*.

⁵ omnis terra] on erasure.

⁷ abietum] gloss *arbores*.

² read *intercamus*.

⁴ domui Israhel] on erasure.

⁶ psallite] gloss *cantate*.

⁸ montes] rubricated initial erased.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ut corde†¹ nostro propitius adesse digneris . petitiones inspira
iustas . quas perficias effusas. Vt†² qui inmutabilis es . nec
personarum acceptor es . sic nos placari†³ precantibus sicut illis
preeras orantibus . amen.

XCVIII [PSALMVS].

PSALMVS IN CONFESSIOE.

* **U**bilate deo omnis terra . seruite domino in letitia.* [col. 2
I Intrate in conspectu eius . in exultatione.
Scitote quod dominus ipse est deus . ipse fecit nos et non
ipsi nos.

Nos autem populus eius . et oues pascue eius.

Intrate portas eius in confessione . et atria†⁴ eius in ymnis
confessionum.

Laudate nomen eius quoniam suabis est dominus . in eternum
misericordia eius et usque in seculum seculi ueritas eius.

ORATIO. Seruientes tibi domine in letitia atriarum† tuarum
mereamur adire penetralia . ut per portam uite intrantes . ymnun
confessionis laudatione deuota offeramus . ibique gloriam tuam
tripudiantest†⁵ animost† contemplemur . quosque a seculo
redemit ueritas manifesta in eternum conserbet [f. 55
misericordia incorrupta.

C [PSALMVS].

PSALMVS IPSI DAVID.

* **M**isericordiam et iudicium cantabo tibi domine*. psallam e
intellegam in uia immaculata quando uenies ad me.

Perambulabam in innocentiam† cordis mei . in medio domu
tuę.

Non prepe nebam ante oculos meos hactost†⁶ malignos . faciente
preuaricationes odiui et non adesi†⁷ mici cor prabum.*

Declinantes a me malignos non agnoscebam . detraente
aduersus proximum suum . occulte cum persequebar.

Superuo oculo et insa(tia)bili†⁸ corde . cum eo simul [col. 2
non edebam.

Oculi mei ad fideles terre . ut sedeant hii mecum.

Ambulans in uia immaculata . hic mici deseruiebat.

¹ read *cordi*.

³ read *placare*.

⁵ read *tripudiante animo*.

⁶ hactos] read *actus*. The reading seems peculiar to this MS.

⁷ adhaesit] gloss *accessit*.

⁸ insatiabili] *tia* inserted.

² read *Et*.

⁴ atria] gloss *palatia*.

⁹ prabum] gloss *iniquum uel m...*

Non habitabit in medio domus mee qui facit superuiam. qui loquitur iniqua non dilexi in conspectu oculorum meorum.

In matutinis interficiebam omnes peccatores terre. ut disperdam de ciuitate domini. omnes qui operantur iniquitatem.

ORATIO. Misericordiam tuam et iudicium domine. prout oportet ordinate dispensas. quia et pietas iustitiam retinet. et iustitia pietatem conserbat. Rogamus ut nos per tuam misericordiam ad te conuertas. per quam iudicium uenturum non formidemus puniendi sed prestolemur seruandi.

ALIA [AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *In matutinis domine interfice omnia peccata nostra.*

[ORATIO]. Dona nobis domine deus noster innocentiam cordis nostri. ut in medio domus tue ambulantes nullam rem malam coram te oculis nostris proponamus. sed in lege tua tamquam in uia inreprehensibile gradientes tibi ministrare possimus. In matutinis omnes peccatores terre interfecti dispareant. ne¹ mala persuasione. te inluminante nostris in consensibus conualescat¹. ut exclusis iniquitatibus uniuersis mentis nostra² ciuitas regi Christo sit peruiam³. cuius sacramentis instructa cuius munimine solidata. cuius sanguine cognoscitur acquisita. Sit habitaculis³ cum erit immortalis coniunctione perhennis. pater.

BENEDICTIO. Omnipotens dominus studium sue dilectionis in uobis operetur. sensusque uestros sibi in ueritate [col. 2. iubet⁴ aderere. ut remota a uobis omne labe uitiorum sanctarum suarum uobis tribuat incrementa uirtutum. amen.

CI [PSALMVS].

ORATIO PAUPERI QUVM ANXIATVS FVERIT. ET IN CON-
SPECTV DOMINI EFFVDERIT ORATIONEM SVAM.

ANTIPHONA. *In quacumque die inuocabero te uelociter exaudi me domine deus meus.*

Domine exaudi orationem meam. et clamor meus ad te perueniat.

Non auertas faciem tuam a me. in quacumque die tribulor.

Inclina ad me aurem tuam. in quacumque die inuocabero te uelociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei. et ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. [f. 56.]

¹⁻¹ ne mala . . . conualescat] I am at a loss to interpret this.

² read *nostrae...peruia.*

³ corrupt?

⁴ read *uocat.*

Percussus sum sicut fenum et aruit cor meum . quia oblitus sum manducare panem meum.

A uoce gemitus mei adeserunt¹ ossa mea . carni mee.

Similis factus sum pellicano in solitudine . factus sum sicut nocticorax² in domicilio.

Vigilabi . et factus sum sicut passer unicus in edificio.

Tota die exprobrabant me inimici mei . et qui me laudabant aduersum me iurabant.

Quia cinerem sicut panem manducabam . et poculum meum cum fletum³ miscebam.

A facie ire tue et indignationis tue . quia lebasti ()⁴ e allisisti me.

Dies mei sicut umbra preterierunt . et ego sicut fenum arui.

Tu autem domine in eternum permanes . et memoriale tuum in seculum seculi.

REPETITIO. Tu exurgens misereberis Syon . /quia uenit [col. : tempus miserendi eius.

Quia bene placitum habuerunt serui tui lapides eius . et terra eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum domine . et omnes reges terre gloriam tuam.

Quia edificabit dominus Syon . et uidebitur in magestat sua.

Et respexit in orationes pauperum . et non sprebit precororum.

Scribatur hoc in seculum alterum . et populus qui nascetur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo . dominus de celo in terram prospexit.

Ut audiret gemitus uinculorum⁵ . et soluat filios interentorum.⁶

Vt annuntietur in Syon nomen domini . et laus eius in Iherusalem.

In conueniendo populos in unum . et regna ut seruiant domino.

Et respondit ei in uia uirtutis sue . paucitatem dierum meorum /enuntia mihi. [f. 56.

Et ne reuoces me in dimidio dierum meorum . in seculum seculorum anni tui.

In i()tio⁷ terram tu fundasti domine . et opera manuum tuarum sunt celi.

¹ adhaeserunt] gloss *accesserunt*.

³ read *fletu*.

⁵ uinculorum] gloss *ligatorum uel compeditorum*. The latter is the Vulg. reading

⁶ interemptorum] gloss *mortuorum*.

² nocticorax] gloss *noctua*.

⁴ erasure of two letters.

⁷ initio] two letters erased.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Qui coronat te in miseratione et misericordia . renouabitur
sicut aquila iuuentus tua.

Faciens misericordias dominus . et iudicium omnibus iniuriarum
patientibus.

Notas fecit uias suas Moysi . filii†¹ Israhel uoluntates suas.

Miserator et misericors dominus . patiens et multum misericors.

Non in finem² irascetur . neque in eternum indignabitur.³

Non secundum peccata nostra fecit nobis . neque secundum
iniquitates nostras retribuit nobis.

Quia secundum altitudinem celi a terra . confirmabit misericordiam
suam super timentes eum.

Quantum distat oriens ab occasu . elongabit a nobis iniquitates
nostras.

/Sicut pater miseretur filiorum . sic misertus est [f. 57.]
dominus timentibus eum . quia ipse scit figmentum nostrum.

Memento domine quod terra sumus . homo sicut fenum die
eius . et sicut flos feni ita aruit.⁴

Quia spiritus pertransibit ab eo . et non erit et non agnosce
amplius locum suum.

Misericordia autem domini a seculo est . et usque in seculum
seculi super timentes eum ; (E)t⁵ iustitia eius super filios filiorum
custodientibus testamentum eius ; E(t)⁵ memoria tenentibus man-
data eius ut faciant ea.

Dominus in celo parabit sedem suam . et regnum eius omnium
dominabitur.

Benedicite domino omnes angeli eius . potentes uirtutes eius
qui facitis uerbum eius obedire uocem sermonum eius.

Benedicite domino omnes uirtutes eius . ministri eius qui
facitis uoluntate(s)⁶ eius.

Benedicite domino omnia opera eius . in omni loco [col. :
dominationes eius . benedic anima mea domino.

ORATIO. Miserator et misericors domine qui magis salutem
obtas peccatores†⁷ quam expectas interitum ; et delectaris pen-
tentiam†⁸ potius ut proroges misericordiam quam iudicium infera-
penam†⁹ . sit quesumus erga nos tua potentia ut inpericias correc-
tionem et tribuas indulgentiam . concede necessariam morum
emendationem . et clemens largiaris gaudium sempiternum.

ALIA ANTIPHONA. *Sicut pater miseretur filiis ita misertus
est deus timentibus eum.*

¹ read *filiis*.

² in finem] gloss *in perpetuum*, so Vulg.

³ indignabitur] gloss *comminabitur*, so Vulg.

⁴ aruit] gloss *arescit*.

⁶ uoluntates] s on erasure.

⁸ read *penitentia*.

⁵⁻⁵ Et . . . Et] rubricated letters on erasure

⁷ read *peccatoris*.

⁹ read *poena*.

[ORATIO]. Domine deus omnipotens qui figmentum nostrum solus ipse cognoscis qui solus que uolueris disponis et perficis. perface in nobis tibi placitam sanctimoniam. que tuam pro peccato exoret clementiam. cunctis igitur /iniquitatibus nostris [f. 58. propitiare nostrorumque corporum sana lagores.†¹ Et sicut pater miseretur filiis. ita peccatoribus nobis propitius miserere. uiamque nostram de interitu redime et ad te aditum pande. atque animas nostras sorte beatitudinis erige. Vt nominis tui magnitudo interioris hominis deuotione laudetur. cuius intima sancti spiritus lumine perlustratur.†²

CIII [PSALMVS].

PSALMVS IPSI DAVID.

ANTIPHONA. *Confessionem et decorem induisti amicta luce sicut uestimento.*

Benedic anima mea domino. domine deus meus magnificatus es ueementer.

Confessionem et decorem induisti. amictus lu(cc)³ sicut uestimento.

Extendens celum sicut pellem. qui tegit in aquis /su- [col. 2. periora eius.

Qui ponit nubem ascensum suum. qui ambulat super pinna(s)⁴ uentorum.

Qui facit angelos suos spiritus. et ministros suos ignem urentem.

Qui fundabit terram super stabilitatem eius. non inclinabitur in seculum seculi.

Abyssus sicut palleum. amictus eius super montes stabunt aque.

Ab increpatione tua fugient. a uoce tonitruui tui formidabunt.

Ascendunt montes et descendunt campi. in locum quem fudastif⁵ eis.

Terminum posuisti eis quem non transgredientur. neque conuertentur operire terram.

Qui emittit fontes in conuallibus. inter medium montium pertransibunt aque.

Potabuntur†⁶ omnes bestie siluarum. expectabunt onagri sitim suam.

Super eam uolucres celi inhaitabunt. de medio petrarum dabunt uoces suas.

¹ lagores] read *lan. uores.*

² luce] on a somewhat longer erasure.

³ read *fundasti.*

⁴ read *perlustrantur.*

⁵ pinnas] s on erasure.

⁶ read *potabunt.*

/Rigans montes de superioribus tuis .de fructu [f. 58.b.
operum tuorum satiabitur terra.

Producens fenum pecoribus .et erbam seruituti hominum.

Vt educat panem de terra .et uinum letificet cor hominis.

Vt exilaret faciem in oleo .et panis cor hominis confirmet.

Satiabuntur omnia ligna siluarum .et cedros¹ Libani quos²
plantasti.

Illic passeres nidificabunt .fulices domus dux eorum.

Montes excelsi cerbis .petre refugium arenacis.

REPETITIO. Fecit lunam in tempora .sol agnabit occasum
suum.

(p)osuisti³ tenebras et facta est nox .in ipsa pertransibunt
omnes bestie siluarum.

Catuli leonum rugientes ut rapiant .et querant a deo escam
sibi.

Ortus est (sol)⁴ et congregati sunt . /et in cubilibus suis [col. 2.
se conlocaberunt.

Exiet homo ad opus suum .et ad operationem suam usque
ad uesperum.

Quam magnificata sunt opera tua domine omnia in sapientia
fecisti .repleta est terra creatura tua.

Hoc mare magnum et spatiosum .illic reptilia quorum non
est numerus animalia pusilla et magna.

Illic nabes pertransibunt .draco iste quem confirmasti ad
includendam ei(s).⁵

Omnia a te expectant domine .et tu das escam illis in
tempore oportuno.

Dantes⁶ illis colligent .aperiente autem te manum tuam .
omnia replebuntur ubertate.

Auertente autem te faciem tuam .turuabuntur.

Aufers spiritum eorum et deficient .et in terram suam
reuertentur⁷ /.....

* *

[CIIII PSALMVS].

..... /suos prudentiam doceret.

[f. 59.

REPETITIO. Et intrabit Israhel in Egyptum .et Iacob
habitabit in terra Cham.

Et auxit populum suum nimis .et confortabit eum super
inimicos eius.

¹ read *cedri*. unless the accusative remains from a reading which had an active verb in place of Satiabuntur.

³ posuisti] *p* on erased rubricated letter.

⁵ eis] the *s* is probably an insertion.

⁷ one folio containing ps. ciii. 20-ps. civ. 22 is wanting.

² read *quas*.

⁴ sol] interlined.

⁶ read *dante te*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ORATIO. Confitemur nomini tuo domine quem querimus. tu orationi nostre obtentu¹ prebe. pro quibus te deprecamus.² Facias mundos. et uoluntatis tuę splendidos.³ Tuoque in nomine sancto letemur. atque in sanctitatis tuę plenitudine iucundemur. Verbumque tuum in mille generationes mandatum. quod Abrahe dispositum. Ysaac pollicitum iuramentum⁴ et Israhel eterno est in testa/mento firmamentum⁵. uerbi [col. 2. ipsius soliditate nos protege. et ad placendum tibi doctrinis spiritualibus perface. Vt funiculum hereditatis tuę quem emisti de seculo. hereditas eterno mansuros in regno. amen.⁶

ANTIPHONA. *Querite dominum et confortamini querite faciem eius semper.*

ALIA [ORATIO]. Querentibus te domine tribue fortitudinem. et querendi te iugiter infunde()⁷ sanctum amorem. Vt qui tuam desiderant cernere faciem. perniciosam mundi non appetant uoluntatem. cosque mundi blandimenta non detineant usquequaque captiuos. set lux uultus tui clarificet iam beatos. amen.

CV [PSALMVS].

ALLELUIA.

ANTIPHONA. *Quis loquetur potentias domini auditas faciet omnes laudes eius.*

Confitemini domini quoniam bonus. quoniam in [f. 60. seculum misericordia eius.

Quis loquetur potentias domini. auditas faciet omnes laudes eius.

Beati qui custodiunt iudicium. et faciunt iustitias in omni tempore.

Memento nostri domine in beneplacito populi tui. uisita nos in salutari tuo.

Ad uidendum in bonitate electorum tuorum. ad letandum in letitia gentis tue. ut lauderis cum hereditate tua.

Peccabimus cum patribus nostris. iniuste egimus iniquitates fecimus.

Patres nostri in (Egypto non in)⁸ Egypto non intellexerunt mirabilia tua. et non fuerunt memores multitudinis misericordie tuę.

¹ read *obtentum*.

² this awaits emendation.

³ perh. *firmatum*.

⁴ amen] after this a rubric has been erased.

⁷ infunde] a letter erased.

² read *deprecamur*.

⁴ perh. *iuramento*.

⁸ the repeated words erased.

/Et irritaberunt eum ascendentes in rubro mari . et [col. 2. liuerabit eos propter nomen suum . ut notum¹ faceret eis potentiam suam.

Et increpabit rubro mari et recessit . et eduxit eos in aquis multis sicut in deserto.

Et liuerabit eos de manu hodientium . et redemit eos de manu inimicorum.

Et operuit aqua tribula(n)tes² eos . et unus ex eis non remansit.

Et crediderunt uerbo eius . et cantaberunt laudes eius.

Acceleraberunt et obliti sunt operum eius . et non sustinuerunt consilium eius.

Et concupierunt ()³ concupiscentias in deserto et tentaberunt deum in siccitate.

Et dedit eis petitiones eorum . et inmisit saturitatem in animas eorum.

/Et irritaberunt Moysen in castris . et Aaron sanctum [f. 60. b. domini.

Aperta est terra et deglutibit Datan . et operuit super sinagoga Abiron.

Exarsit ignis in sinagoga eorum . et flamma comedit peccatores.

Fecerunt uitulum in Orep . et adoraberunt sculptilia et mutaberunt gloriam suam in similitudinem uituli . manducantis fenum.

Obliti sunt deum qui liuerabit eos . qui fecit magnalia in Egypto . mirabilia in terra Cam terribilia in mari rubro.

Et dixit disperdere eos . si non Moyses seruus eius stetisset in contradictione in conspectu eius ut auerteret iram eius ne disperderet eos.

Et pro nicilo habuerunt terram desiderabilem . et non /crediderunt uerbo eius. [col. 2.

Et murmuraberunt in tabernaculis suis . et non exaudierunt uocem domini.

Et ()leuabit⁴ manum suam in illis ut deiceret eos in deserto . ut deiceret semen eorum in nationibus . et dispergeret eos per regiones.

Et consecrati sunt Beelfegor . et manducaberunt sacrificia mortuorum.

Et irritaberunt eum in obseruationibus suis . et multiplicata est in eis ruina.

Stetit Fine (e)s⁵ et exorabit . et cessabit quassatio . et reputatum est illi ad iustitiam . a generatione et generatione usque in seculum.

¹ read *notam*.

² erasure of about twelve letters.

³ eleuabit] e erased.

PSALT. MOZ.

⁴ tribulantes] // interlined.

⁵ Finces] e interlined.

REPETITIO. Et irritaberunt eum ad aquas contradictionem et uexatus est Moyses propter eos quia exaceruauerunt spiritum eius . et distinxit in labiis suis.

/Non disperdiderunt gentes . quas dominus dixerat illis. [f.]

Et conmixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum et seruierunt sculptilibus eorum . et factum est illis scandalum.

Inmolaberunt filios suos et filias suas . demoniis.

Effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum . quod sacrificauerunt sculptilibus Canaan.

Infecta est terra ()¹ sanguinibus . et contaminata est in operibus eorum . et fornicati sunt in observationibus suis.

Et iratus est animo dominus in populum suum . et abominata est hereditatem suam.

Et tradidit eos in manus nationum . et dominati sunt³ qui oderunt eos.

Et tribulaberunt eos inimici /eorum . et humiliati [col.] sunt sub manibus eorum. (S)epe⁴ liuerabit eos.

(i)psi⁴ autem exaceruauerunt eum in consilio (suo)⁵ . humiliati sunt in suis iniquitatibus.

Et respexit eos cum tribularentur . in eo quum exaudi orationes eorum.

Quia memor fuit testamenti⁶ sancti sui . et penituit ei secundum multitudinem misericordie sue.

Et tradidit eos in misericordia in conspectu hominum qui captiuauerunt eos.

Saluos nos fac domine deus noster . et congrega nos nationibus.

Vt confiteamur nomini sancto tuo . et gloriemur in laude tua.

Benedictus dominus deus Israhel . a seculo et usque seculum . et dicit omnis populus fiat fiat.

ORATIO. Benedicte domine deus Israhel . a seculo et usque in seculum . quem multiplex creatura multiplici naturarum /uarietate conlaudat. Memor esto testamenti sancti tui . [col.] et peniteat te secundum multitudinem misericordie tue . iniquitatem quam fecimus . et peccatum quod cum patre traduce peccati contraximus . te donante lacrimarum fluminis cordisque gemitibus absoluamur⁷ . libera igitur nos domine de manu spirituum odientium . et redime de insidiis inimicorum

¹ erasure of a ?

² contaminata est] on erasure.

³ dominati sunt] on erasure.

⁴ Sepe] the rubric initial originally at *Ipsi* has been moved to *Sepe*.

⁵ suo] inserted

⁶ read *testamenti*.

⁷ read *absoluamus*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Et humiliatum est in labo/ribus cor eorum . et [col. infirmati sunt nec fuit qui adiubaret eos.

Et clamaberunt ad dominum quum tribularentur . et necessitatibus eorum liuerabit eos.

Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis . et uinci eorum dirupit.

Confiteantur domino misericordia(s)¹ eius . et mirabilia eius filiis hominum.

Quia contribit portas ereas . et uectes ferreos confregit.

Suscepit eos de uia iniquitatis ipsorum . propter iniustitiam enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum . et adpropinquauerunt² usque ad portas mortis.

Et clamaberunt ad dominum quum tribularentur et necessitatibus eorum liuerabit eos.

/REPETITIO. Misit uerbum suum et sanabit eos . et [f. 6:] eripuit eos de interitu eorum.

Confiteantur domino misericordia(s)³ eius . et mirabilia eius filiis hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis . et pronuntient opera eius in exultatione.

Qui descendunt mare in nabibus . facientes operationes aquis multis.

Ipsi uiderunt opera domini . et mirabilia eius in profundo.

Dixit et stetit spiritus procelle . et exultati sunt fluctus eius.

A(s)cendunt⁴ usque ad celos . et descendunt usque ad abissos et anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius . et omnis sapientia eorum deglutita est.

Et clamaberunt ad dominum quum tribularentur . et de /necessitatibus eorum liuerabit eos. [col. 2:]

Statuit procellam in auram . et siluerunt fluctus eius et letati sunt quod siluerunt.

Et eduxit eos in portum uoluntatis sue et de necessitatibus eorum liuerabit eos.

Confiteantur domino misericordia(s)⁵ eius . et mirabilia eius filiis hominum.

Exaltent eum in ecclesia populi . et in cathedra seniorum laudent eum.

Quia posuit flumina in desertum . et exitus aquarum sitim.

¹ misericordias] s erased.

² misericordias] s erased.

³ ascendunt] s on erasure.

⁴ r erased.

⁵ erasure of one letter.

⁶ misericordias] s erased.

Terram fructiferam in salsuine†¹ . a malitia inhauitantium in ea.

Posuit deserta in stagna aquarum . et terra†² sine aqua in exitus aquarum.

Et conlocabit illic esurientes . et constituerunt ciuitatem haitationis.

Et seminaberunt agros et plantaberunt uineas . et fecerunt fructum natiui/tatis sue. [f. 63.

Et benedixit eis et multiplicati sunt nimis . et iumenta eorum non sunt minorata.

Pauci facti sunt et uexati sunt . a tribulationibus malis et dolore.

Effusa est contemptio super principes eorum . et seduxerunt eos uana ipsorum.

Et eduxit eos in inuio . et non in uia.

Et adiuuabit pauperem de mendicitate . et posuit sicut oues patresfamilias.

Videbunt recti et letabuntur . et omnis iniquitas obturabit os suum.

Qui sapiens est intellegat hec . et tunc intelleget misericordias domini.

ORATIO. Domine Ihesu Christe qui a solis ortu et occasu. tu† eclesia†³ de gentibus lucra conquiris. Ab aquilone et mare ac de regionibus congregatos /custodi ad quos tuos in huius [col. 2. uite solitudinem†⁴ nec a uia ueritatis tramite⁵ quemquam sinieris oberrare. Quique te esuriunt et sitiunt ministerii tui sacramento reficiantur . atque uiam rectam ingressi sic per deserta mundi huius cepta itinera compleant ut superne ciuita(tis)†⁶ sine offendiculi noxam†⁷ introeant. Et presta ut cuius nunc corpus sanguinemque in sacramento suscipiunt. in ciuitatem haitabilem sacramenti ipsius plenitudinem†⁸ saginentur.

ALIA ANTIPHONA. *Misit uerbum suum et sanabit nos dominus et eripuit nos de interitu.*

[ORATIO]. Confiteantur tibi domine misericordie tue et mirabilia tua in filiis hominum . qui nos ab interitu liberas . et ab errore reducis . presta domine ut in Christo tuo tamquam in uia recta gradientes . nequaquam /in uia recta tramite [f. 63.b. deuiemus . sed ad ciuitatem haitabilem cum†⁹ sanctis tuis in eternum preparas . te propitio producamur.

¹ salsuine] Vulg. *salsugine*.

² read *terram*.

⁴ read *solitudine*.

⁶ ciuitatis] *tis* interlined ; a word, such as *portas*, dropped out ?

⁷ read *noxa*.

³ read *tunc ecclesiae*.

⁵ perh. *tramitem* ?

⁸ read *plenitudine*.

⁹ read *quam*.

CVII [PSALMVS].

CANTICVM PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Da nobis auxilium deus in tribulatione.*

Paratum cor meum deus paratum cor meum . cantabo et psalmum dicam.

Exurge gloria mea exurge psalterium et cithara . exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis domine . psalmum dicam tibi inter gentes.

Quoniam magnificata est usque ad celos misericordia tua . et ueritas tua usque ad nubes.

Exaltare super celos deus . et super omnem terram gloriam tuam†.¹

Vt liberentur dilecti tui saluum me faciat dextera tua et exaudi me.

Deus loquutus est in sancto suo . letabor et diuidam Siccimam / et conualles tabernaculorum dimctiar. [col. 2.

Meus est Galaat et meus est Manasses . et Efrem fortitudo capitis mei.

Juda rex meus . Moab olla spei mee.

In Ydumea extendam calciamentum meum . mici allofili subditi sunt.

Quis deducet me in ciuitate†² circumstantie . aut quis deducet me usque in Ydumea†.³

Nonne tu deus qui reppulisti nos . et non egredieris deus e uirtutibus nostris.

Da nobis auxilium in tribulatione . et uana salus hominis.

In deo faciemus uirtutem . et ipse ad nicilum deducet tribulantes nos.

ORATIO. Preparatum cor nostrum domine . ut dicant†⁴ et mira / psallant† beneficia tua. Illic potentia tua reminiscatur . hic [f. 64. clementia recordetur . fac nos te querere indesinenter . et habendum concede ut beatifices nos perhenniter.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Exurgam diluculo et confitebor domino.*

[ORATIO]. Exurge gloria deus exurge . ut liberares ab hoste captiuos. Vt parato corde diluculo surgentes psallimus†⁵ . et fidei psalmum in populis decantemus. Tu itaque domine pro quibus

¹ read *gloria tua*.

³ read *Idumaeam*.

⁵ read *psallamus*.

² read *ciuitatem*.

⁴ read *dicat . . . psallat*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Pro eo quod non sit recordatus facere misericordiam . et persequutus est hominem pauperem et mendicum . et conpuctum¹ corde morti tradidit.

Et dilexit maledictionem et ueniet ei . et noluit benedictionem et prolongabitur ab eo.

Et induit se maledictionem sicut uestimentum² . et intrabit sicut aqua in interiora eius . et sicut oleum in ossibus eius.

Fiat illi sicut uestimentum quod operietur . et sicut zona que semper precintur.³

Hoc opus eorum qui detraunt miki apud dominum . et qui loquuntur mala aduersus animam meam.

/REPETITIO. Et tu domine fac mecum misericordiam [f. 65. propter nomen tuum . quia suabis est misericordia tua.

Libera me quoniam egenus et pauper sum ego . et cor meum conturbatum est in me.

Sicut umbra cum declinat ablatus sum . et excussus sum sicut lucusta.

Genua mea infirmata sunt (a)⁴ ieiunio . et caro mea inmu(ta)ta⁵ propter oleum . et ego factus sum obprobrium illis.

Viderunt me et moberunt capita sua . adiuua me domine deus meus . saluum me fac propter misericordiam tuam.

Vt sciant quia manus tue⁶ hec est . et tu domine fecisti ea.⁷

Maledicent illi et tu benedices . qui insurgunt in me confundantur . seruus autem tuus letabitur in te.

Induantur reuerentia⁸ qui detraunt miki . et operi/antur [col. 2. sicut diployde confusionem suam.

Confitebor domino nimis in ore meo . et in medio multorum laudabo eum.

Quoniam adstitit a dextris pauperum . ut saluam faceret a persequentibus animam meam.

ORATIO. Adiuba nos domine deus noster . quia suabis est misericordia tua . fac . nobiscum propter nomen tuum . Vt qui in medio multorum deuota a nobis deuotione lauderis . dum adsistis ad⁹ dextris tuorum pauperum . salues a persequentibus tuorum animas redemptorum.

CVIII [PSALMVS].

PSALMVS IPSI DAVID.

ANTIPHONA. *Tecum principium in die uirtutis tue.*

Dixit dominus domino meo sede ad⁹ dextris meis . donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

¹ read *conpunctum*.

² read *uestimentum*.

³ read *praecingitur*.

⁴ a] on erasure.

⁵ inmutata] *ta* interlined.

⁶ read *tua*.

⁷ read *eam*.

⁸ reuerentia] perhaps originally *reuerentiam*.

⁹ read *a*.

/Virgam uirtutis sue†¹ emittit†¹ dominus ex Syon . et [f. 65.b. dominabitur in medio inimicorum suorum.

Tecum principium in die uirtutis tue . in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te.

Iurabit dominus et non penitebit eum . tu es sacerdos in eternum . secundum ordinem Melcisethec.

Dominus a dextris suis†² confringet . in die ire sue reges.

Iudicabit in nationibus implebit ruinas . conquassabit capita multa in terra copiosa.

De torrente in uia bibit . propterea exaltabit capud.

[ORATIO]. Domine qui ante mundi principium semper es . et in uerbi potentiam†³ mundi macinam dispositione mirabili condidisti perforce in†⁴ nos incrementis spiritalibus /ut [col. 2. repperias in nobis tibi placitos fructus . atque de solio altitudinis in quo tu Christe ad patris dexteram sedist†⁵ . inde ad saluandum nos uirtutis remedia dirige. Ac dum in die ire tue iniquorum capita conquassaberis . nos de torrente interitu eripe . et capitis exultatione† in sanctorum splendoribus glorificandos admitte.

CX [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Principium sapientie timor domini intellectus bonus facientibus ea.*

Confitebor tibi domine in toto corde meo . in concilio iustorum et congregatione.

Magna opera domini . exquisita in omnes uoluntates eius.

Confessio et magnificentia opus eius . et iustitia eius manet in seculum seculi.

Memoriam fecit mirabilium /suorum miseri(cors et [f. 66. miserator)†⁶ dominus . escam dedit timentibus se.

Memor fuit in seculum testamenti sui . uirtutem operum suorum annuntiabit populo suo.

Vt det illis hereditatem gentium . opera manuum eius ueritas et iudicium.

Fideli(a)†⁷ omnia mandata eius . confirmata in seculum seculi . facta in ueritate et equitate.

Redemptionem misit dominus populo suo . mandabit in eternum testamentum suum sanctum et terribile nomen eius.

¹ read *tuac emittet.*

² read *potentia.*

³ read *sedes.*

⁴ *fidelia] a* interlined.

⁵ read *tuis.*

⁶ om. *in.*

⁷ *misericors et miserator] on erasure.*

Principium sapientie timor domini . intellectus bonus ()¹
facientibus ea.

Laudatio eius . manet in seculum seculi.

ORATIO. Principium sapientie timor tuus domine . per ipsum
sumamus bonum intellegentie . per quem initiamus² /in [col. 2.
perfectione iustitie. Tua namque laudatio permanet in seculum .
qui perfectus nicil indiges . et indigna³ nos quoque tuis laudibus
repleas. amen.

CXI [PSALMVS].

ALLELVIA REVERSIONIS AGGEI ET ZACCARIE . R[UBRICA]⁴
NOBI POPVLO VOCATIO.

ANTIPHONA. *Misericors et miserator et iustus dominus
iucundus homo qui miseretur.*

Beatus uir qui timet dominum . in mandatis eius cupiet nimis.
Potens in terra erit semen eius . generatio rectorum
benedicetur.

Gloria et diuitie in domo eius . et iustitia eius manet in
seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis corde . misericors et
miserator et iustus dominus.

Iucundus homo qui miseretur /et commodat . disponit [f. 66.b.
sermones suos in iudicio . quia in eternum non commobebitur.

In memoria eterna crit iustus . ab auditu malo non timebit.

Paratum est cor eius sperare in domino . confirmatum est cor
eius . non commobebitur donec uideat inimicos suos.

Despersit dedit pauperibus . iustitia eius manet in seculum
seculi . cornu eius exaltabitur in gloria.

Peccator uidebit et irascetur . dentibus suis frendet et tabescet
desiderium peccatorum peribit.

ORATIO. Ab auditu malo iustus domine non timebit . cum
impius iusta damnatione patuerit . quos pronuntiatum iudicium
pena torquebit nec eos terrebit stridor flamme . qui nunc pietate
fruuntur conscientie /quoniam percipiunt dulcedinem diuine [col. 2.
tuę gratie. Tribue nobis quesumus domine ut eorum fruamur
consortio quibus largitus es gaudia sempiterna. amen.

CXII [PSALMVS].

NOBI POPVLI DOCTRINA . ALLELVIA.

* **L**audate pueri dominum laudate nomen domini.*

Sit nomen domini benedictum . ex hoc nunc et usque in
seculum.

¹ erasure (of *omnibus*?)

² read *initiamur*.

³ perh. *indigentes*.

⁴ The sign is that used for Repetitio, but the above seems to me the best provisional expansion.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Os habent et non loquentur . oculos habent et non uidebunt.
 Aures habent et non audient . nares habent et non odorabunt.
 Manus habent et non palpabunt . pedes habent et non ambu-
 labunt.

Non clamabunt in gutture suo . neque enim est spiritus in ore
 ipsorum.

Similes illis fi(u)nt¹ qui faciunt ea . et omnes qui confidunt in
 eis.

Domus Israhel sperabit in domino . adiutor et protector eorum
 est.

Domus Aaron sperabit in domino . adiutor et protector eorum
 est.

Qui timent dominum sperent in domino . adiutor et protector
 eorum est.

Dominus memor fuit nostri . et benedixit nos.

Benedixit domum Israhel benedixit domum Aaron . bene-
 dixit omnes timentes dominum . pusillos cum maioribus.

Adiciet dominus super uos et super /filios uestros . [col. 2.
 benedictionem.

Benedicti uos a domino . qui fecit celum et terram.

Celum celi domino . terra² autem dedit filios³ hominum.

Non mortui laudabunt te domine . neque omnes qui descen-
 dunt in infernum.

Sed nos qui uiuimus benedicimus domin()³ . ex hoc nunc et
 usque in seculum.

ORATIO. Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da
 gloriam . super misericordiam tuam quam⁴ credentes fobes . et
 ueritatem qua incredulos usquequaque disperdis . ne ultra dicant
 gentes ubi est deus eorum . quum te humiles propitium et superui
 manifesta ultione recognoscant aduersum . tuum est domine ut
 cunctis miserearis . qui in celo et in terra . que⁵ quumque [f. 68.
 uolueris facis.

ALIA ANTIPHONA. *Dominus deus noster in celo et sursum
 in celo et in terra quequumque uoluit fecit.*

ORATIO. Domine tu es solus qui omnia quequumque uolueris
 facis in celo et in terra in mari et in omnibus abyssis . te quesumus
 ut in nobis placari digneris . et que tibi (in nobis)⁵ displicent hactu
 indulge confessa . quatenus ext⁶ inenarrabilem et hostendas
 potentiam . et mi()rabilem⁷ miserando clementiam. amen.

¹ fiunt] altered to *fiant*.

² read *terram... filiis*.

⁴ read *qua*.

⁶ perh. *et inenarrabilem*.

³ domino] termination erased.

⁵ in nobis] interlined.

⁷ mirabilem] two letters erased.

CXIII [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Misericors dominus et iustus et deus noster miserebitur.*

Dilexi quoniam exaudiuit dominus . uocem orationis mee.
Quia inclinabit aurem suam mici . et in diebus meis inuocabo eum.

Circumdederunt me dolores /mortis . pericula inferni [col. 2. inuenerunt me.

Tribulationem et dolorem inueni . et nomen domini inuocabi.

O domine liuera . animam meam. (M)isericors¹ dominus et iustus . et deus noster miserebitur.

Custodiens paruulos dominus . humiliatus sum et liuerabit me.

Conuertere animam†² meam† in requiem tuam . quia dominus benefecit mici.

Quia eripuit animam meam de morte oculos meos a lacrimis . pedes meos a lapsu.

Conplacabo domino . in regione uiuorum

ORATIO. Misericors domine et iuste . inclina aurem benignitatis . ad audiendam uocem nostre humilitatis . et tribulationem cordium quam inuenimus in dolore facinorum mortisque discrimen†³ quo circumdati sumus . nomen tuum inuocando ad ueniam /redeamus . ac per bonitatem tuam . et mortis uora- [f. 68. b. citate†⁴ quadere . et de merore animi in gaudio mereamur intrare . faciasque nos paruulos crimine ; humilitate sublimes ; et magnificos sanctitate . animam nostram in requiem tuam conuerte . et pedes nostros a lapsu eruę . et†⁵ tibi que nos fac in uiuentium regione conplacere . amen.

CXV [PSALMVS].

ALLELVIA.

***C**redidi propter quod loquutus sum . ego autem humiliatus sum nimis.*

*Ego dixi*⁶ in (e)cessu⁷ mentis mee . omnis homo mendax.

Quid retribuam domino pro omnibus . que prestitit mici.

Calicem salutaris accipiam . et nomen domini inuocabo.

Pretiosa in conspectu domini . mors sanctorum eius.

¹ Misericors] rubric initial on erasure.

² read *anima mea*.

³ read *discrimine*.

⁴ read *uoracitatem*.

⁵ om *et*.

⁶ Ego dixi] in the margin is another antiphon *in excessu meo omnis homo mendax.*

⁷ excessu] *e* (for *ex*) interlined.

O domine ego seruus tuus . ego /seruus tuus . et filius [col. 2. ancille tue.

Disrupisti uincula mea . tibi sacrificabo hostiam laudis.

Vota mea domino reddam in atriis domus domini . in conspectu omnis populi eius . in medio tui Iherusalem.

ORATIO. Tibi domine uota dedicamus nostra et laudis sacrificamus officia . quia tu et uotum uobend(o)¹ tribuis . et sacrificandi ordinem patefacis. Disrumpe itaque peccatorum nostrorum†² . quaf³ noxietate resoluti facinorum . placabilis nostrum adtendas sacrificium . et in atriis tuis acceptes donaria quod† offerimus . Te in conspectu omnis populi tui fides nostra fateatur intrepida . et in medio eclesie uite benedicat innocua.

CXVI [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Confirma super nos deus misericordiam tuam.*

/ **L**audate dominum omnes gentes . et conlaudate eum [f. 69. omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius . et ueritas domini manet in eternum.

ORATIO. Confirmetur super nos misericordia tua domine . et perficiatur ueritas tua que manet in eternum . ut sicut laudatur deuotione fidelium . ita conlaudetur laudatione populorum.

CXVII [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Fortitudo mea et laudatio mea dominus et factus est miki in salute.*

Confitemini domino quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

Dica(n)t⁵ nunc domus Israhel quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

Dica(n)t⁵ nunc domus Aaron quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant nunc omnes timentes dominum /quoniam [col. 2. bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

¹ uouendo] o altered to y.

³ perh. *quo a*, if the *nom. pendens* is possible.

⁵ dicant] the *n* mark seems to be inserted.

² perh. insert *uincula*.

⁴ read *quae*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ORATIO. Fortitudo nostra et laudatio nostra domine. exaudi nos de inuocatione tribulationis. in latitudine bonitatis. statuę pedes nostros in consummatione operis. et perfectione uirtutis. Ac si impulso inimici uertimur ut cadamus. tu labentes suscipe. et inclinatos adtolle. ut dum singulis /dextera tua [f. 70. subleuatura porrigitur. salus cunctis uirtute ipsius dextere conferatur.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Deus dominus et inluxit nobis.*

[ORATIO]. O domine saluos nos fac. et bona in te sperantibus prospera. Vt qui iacenti mundo in tenebris inluxisti. diem sollemnem hunc frequentationem† nostram†¹ tribuas peragi. quo et oculi nostri firmentur in luce tua. et possideat nos a te claritas patefacta. pater noster.

BENEDICTIO. Splendore cęlestis mereamini inlustrari. et gratia claritatis perpetuę recreari. Tenebrosa huius mundi careatis decipula. ut ad siderea polorum ciuium adunemini agmina. Vt illic semper mens uestra sit intenta. ubi beatorum permanet exultatio sempiterna.

/CXVIII [PSALMVS].

[col. 2.

ALLELVIA.

[I. ALEPH].

ANTIPHONA. *Tu mandasti mandata tua domine custodire nimis.*

Beati immaculati in uia. qui ambulant in lege domini.
Beati qui prescrutantur testimonia eius. in tota corde suo exquirunt cum.

Non enim qui operantur iniquitatem. in uis eius ambulaberunt.
Tu mandasti mandata tua domine. custodire nimis.

Vtinam dirigantur uie mee. ad custodiendas iustificationes tuas.

Tunc non confundar dum respicio. in omnia mandata tua.

Confitebor tibi domine in directione cordis mei. in eo quod didici iudicia iustitię tuę.

/Iustificationes tuas custodiam. non me derelinquas [f. 70.b. usquequaque.

ORATIO. Domine ut beatitudinem immaculorum consequamur. tribue ut in toto corde mandata tua prescrutemur.

¹ read *frequentatione nostra.*

II. BET.¹

In quo corrigit iubenior uiam suam . in custodiendo sermones tuos.

Yn toto corde meo exquisibi te . ne repeilas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua . ut non peccem tibi.

Benedictus es domine doce me . iustificationes tuas.

In labiis meis pronuntiabi . omnia iudicia oris tui.

Yn uia testimoniorum tuorum delectatus sum . sicut in omnibus diuitiis.

In mandatis tuis me exercebor² . et considerabo uias tuas.

Yn tuis iustificationibus medi/tabor . (ut)² non [col. 2. oblibiscar.

ORATIO. In corde nostro domine tribue ut eloquia tua retineamus . ut et moribus hostendamus . et sermonibus proximos nostros edoceamus . quatenus communi dilectione tua precepta facientes pariter etiam uite eterne premium consequamur.

III. GIMEL.

Retribue seruo tuo . uiuam et custodiam sermones tuos.

*Reuela oculos meos . et considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra . ne abscondas a me mandata tua.*

Concupibit anima mea . desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Yncrepasti superuos maledicti . qui declinant a mandatis tuis.

/Aufer a me obprobrium et contemtionem . quia testi- [f. 71. monia tua exquisiui.

Etenim sederunt principes aduersum me detraebant . seruus autem tuus exercebatur³ in tuis iustificationibus.

Nam et testimonia tua meditatio mea est . et consolatio mea iustificationes tue sunt.

ORATIO. Reuela oculos nostros domine ut possumus legis tue secreta conspicere . nostraque lumina ad te dirige et tue obiecta legis . plena nobis notitionis hostende.

III. DELET. TABULARVM.⁴

***A**desit pauimento anima mea . uiuifica me secundum uerbum tuum.*

Vias tuas pronuntiabi et exaudisti me . doce me iustificationes tuas.

¹ Bet] an antiphon is inserted by a different hand in the margin, viz., ANTIPHONA
In toto corde meo exquisibi te deus ne repellas me a mandatis tuis.

² ut] inserted in red.

³ exercebatur] gloss *utebatur idest pens*

⁴ Tabularum] The origin of these interpretations of the Hebrew alphabet is probably to be sought in St. Jerome, ep. xxx. (Bened. edition i. p. 148), but it is not easy to understand the interpretations attached to He, Zain and Mem.

Hęc†¹ uiam iustificationum /tuarum fac ut intellegam. [col. 2. et exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitabit anima mea pre tedio. confirma me in uerbis tuis.

Viam iniquitatis amobe a me. et de lege tua miserere mei.

Viam ueritatis elegi. iudicia tua commemorabi.

Adesi testimoniis tuis domine. noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri. cum dilatares cor meum.

ORATIO. Viam iustificationum tuarum domine fac nos intelligere. et defesse² per ea percurrere. ut ad uiam uite et auctorem iustitię peruenire mereamur absque ullo discrimine.

V. HET. VIVENT.

ANTIPHONA. *Legem pone mici domine uiam iustitie tue et exquiram eam semper de toto corde meo.*

/L egem pone mici domine uiam iustificationem tuarum. [f. 71.b. et exquiram eam semper.

Da mici intellectum et prescrutabor legem tuam. et custodiam illam de toto corde meo.

Deduc me in lege mandatorum tuorum. quoniam ipsam uolui.

Inclina cor meum in testimonia tua. et non ad inutilitate†³.

Auerte oculos meos ne uideant uanitatem. in uia tua uiuifica me.

Statue seruo tuo eloquium tuum. in timore tuo.

Amputa obprobrium meum quod suspicatus sum. iudicia enim tua iucunda.

Ecce concupibi mandata tua. in tua iustitia uiuifica me.

ORATIO. Inclina cor nostrum domine in testimonia tua. et a contuitu⁴ uanitatis auerte. /Vt ab amore terreno nos [col. 2. segreges et superne dilectione†⁵ consocies.

VI. VAV. ET.

ANTIPHONA. *Veniat super nos misericordia tua domine.*

Veniat super me misericordia tua domine. salutare tuum et eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mici uerbum. quia sperabi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque. quia in iudiciis tuis sperabi.

Et custodiam legem tuam semper. in eternum et in seculum seculi.

Et ambulabi in latitudine. quia precepta tua exquisibi.

¹ om. haec?

² read *indifesse*?

³ ad inutilitate] read *ad inutilitatem*.

⁴ contuitu] a quo intuitus (sic) Lor. p. 337; a prauo uanitatis intuitu Lor. p. 352.

⁵ read *dilectioni*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Misericordia tua domine plena est terra . iustificationes tuas doce me.

ORATIO. Portio nostra domine esse dignare et posside nos quia summa libertas est tibi seruire et tuo subdi ultro imperio perfecta est beatitudo. Dominari†¹ quesumus nobis placatus qui nulli dees inuocatus.

VIII. TET. BONVM.

ANTIPHONA. *Bonus es domine bonitate tua doce nos.*

Iucunditatem fecisti cum seruo tuo (domine)² . secundum uerbum tuum.

Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me . quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer ego deliqui . propterea eloquium tuum custodibi.

Bonus es domine (et in)³ bonitate tua doce me . iustificationes tuas.

Multiplicata est super me ini/quitas superuorum . ego [col. 2. autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Quoagulatum est sicut lac cor eorum . ego uero legem tuam meditatus sum.

Bonum mici est quod humiliasti me domine . ut discam iustificationes tuas.

Bona mici est lex oris tui . super milia auri et argenti.

ORATIO. Scientia et disciplina doce nos domine . ut te solum scire sufficiat quem timere conuenit et habere. Da nobis in bonitate tua facere iustitias tuas. Et super aurum et†⁴ argentum-que pretiosiore[m] tuam adipiscere⁵ gratiam . per quam nos nunc cunctos conuertes†⁶ et in futuro†⁷ effici prestes.

X. IOTH. PRINCIPIVM.

***M**anus tue fecerunt me et plasmaberunt me . /da mici [f. 73. intellectum ut discam mandata tua.*

Qui timent te uidebunt me et letabuntur . quia in uerbo tuo sperabi.

Cognobi domine quia equitas et ueritas iudicia tua . et in ueritate tua humiliasti me.

Fiat nunc misericordia tua ut consoletur me . secundum eloquium tuum cum seruo tuo.

Veniant mici miserationes tue ut uiuam . quia lex tua meditatio mea est.

¹ read *dominare*.

² et in] interlined.

³ i.e. *adipisci*.

⁴ a word dropped.

⁵ domine] interlined.

⁶ om. *et*.

⁷ read *conuertas*?

Confundantur superui quia iniuste iniquitatem fecerunt in me .
ego autem exercebor¹ in preceptis tuis.

Conuertantur ad me timentes me . et qui noberunt testimonia
tua.

Fiat cor meum immaculatum . in tuis iustificationibus ut non
confundar.

ORATIO. Presta nobis domine intellectum discendi mandata
tua . et instrue nos meditatione / assidua . ut ab omni officio [col. 2.
nos non detraant desideria² . sed ad consolandum nos tua fiat
misericordia.

XI. CAPH. MANVS.

ANTIPHONA. *Defecit in salutari tuo anima mea et in
uerbo tuo sperabi domine.*

Defecit in salutari tuo anima mea . et in uerbo tuo sperabi.
Defecerunt oculi (mei)³ in cloquium tuum dicentes .
quando consolaberis me.

Quia factus sum sicut uter in pruina . iustificationes tuas non
sum oblitus.

Quod⁴ sunt dies serui tui domine . quando facies de
persequentibus me iudicium.

Narraberunt mici iniqui delectationes suas . set non ita ut
lex tua domine.

Omnia mandata tua ueritas . iniqui persecuti sunt me
succurre mici.

Paulo minus consummaberunt me in terra . ego [f. 73.b.
autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam uiuifica me . ut custodiam
testimonia oris tui.

ORATIO. Omnia mandata tua domine ueritas . fac nos ea
que inperas agere . et delectabiliter ea que precipis adimplere.
amen.

XII. LAMET. DISCIPLINA.

ANTIPHONA. *Fundasti terram et permanet ordinationi tue
perseuerat dies quoniam uniuersa seruiunt tibi domine.*

In eternum domine . permanet uerbum tuum in celo.
In generatione et progenie . ueritas tua.

Fundasti terram et permanet . ordinationi tue perseuerant
dies . quoniam uniuersa seruiunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est . tunc forsitan perissem
in humilitate mea.

¹ exercebor] gloss *utabor quod est pensare.*

² detraant desideria] *retrahat desidia* Lor.

³ mei] on erasure.

⁴ quod] read *quot.*

/In eternum non oblibiscar iustificationum tuarum . [col. quia in ipsis uiuificasti me domine.

Tuus sum ego saluum me fac . quia iustificationes tu exquisiui.

Me expectaberunt peccatores ut perderent me . testimonium autem tua non intellexerunt.

Omni consummationi uidi finem . latum mandatum tuum ualde.

ORATIO. In eternum domine permanet uerbum tuum quod permanet in celo . in ecclesie tue semper inhauitet templo . In habitatoris presentia habitaculis sit karitas¹ indefessa.

XIII. MEM. INCIPIT.

* **Q**uomodo dilexi legem tuam domine . tota die meditatio mea est.*

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo quia /in eternum michi est. [f. ;

Super omnes docentes me intellexi . quia testimonia tua meditatio mea est.

Super seniores intellexi . quia mandata tua exquisibi.

Ab omni uia mala prohibui pedes meos . ut custodiam uerbum tuum.

A iudiciis tuis non declinabi . quia tu legem posuisti michi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua . super mel et fabum ori meo.

Mandata tua intellexi . propterea odio habui omnem uiam iniquitatis.

ORATIO. Dulcia sunt eloquia tua domine super mel fabum . quoniam non temporalem delectationem sed eternam tribuunt iucunditatem . da ea in cordibus nostris retinere . et operibus exercere.

XIII. NVN. SEMPITERNVM.

* **I**ucerna pedibus meis uerbum tuum domine . et lumen [col. semitis meis.*

Iurabi et statui . custodire iudicia iustitie tue.

Humiliatus sum usquequaque domine . uiuifica me secundum uerbum tuum.

Voluntaria oris mei conproba domine . et iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus tuis semper . et legem tuam non solum oblitus.

¹ karitas] *claritas* Lor.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Oculi mei defecerunt in salutari / tuo . et in eloquium [f. 75. iustitię tuę.

Fac cum seruo tuo domine secundum multam misericordiam tuam . et secundum iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego da miki intellectum . ut sciam testimonia tua.

Tempus est benefaciendi domine . dissipaberunt legem tuam iniqui.

Ideo dilexi testimonia tua . super aurum et topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar . et omnem uiam iniquitatis odio habui.

ORATIO. Fac cum seruis tuis domine misericordiam tuisque nos iustificationibus cumula . ut placido†¹ tibi placeamus seruitio . et amore perfectionis tuo nos gaudeamus inerere precepto.

XVII. PHE. IUSTITIAM†².

* **M**irabilia testimonia tua domine . ideo scrutata est ea anima mea.*

/Declaratio sermonum tuorum inluminet me . et intel- [col. 2. lectum d(e)t³ paruulis.

Os meum aperui et adtraxi spiritum . quia mandata tua concupiscebam.

Respice in me et miserere mei . secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum . ut non dominetur miki omnis iniustitia.

Erue me a calumniis†⁴ hominum . ut custodiam precepta tua.

Faciem tuam hostende super seruum tuum . et doce me iustificationes tuas.

Riuos lacrimarum deduxerunt oculi mei . quia non custodierunt legem tuam.

ORATIO. Scrutantēs te†⁵ domine testimoniorum tuorum mirabilia . inluminatiōis tuę intellectu declara . quique aperto ore uitalem spiritum traximus . et pinguedine sancti sacrificii sagi/nati (r)u(c)tamus⁶ . in timore semper eloquiorum [f. 75.b. tuorum crescamus . et gloriam aspectus tui hostensione pacifica uideamus.

¹ read *placito*.

² Iustitiam] properly belongs to Sade.

³ det] *e*, in red, on erasure.

⁴ read *calumniis*.

⁵ om. *te* Lor .; perh. *scrutantibus te*.

⁶ ructamus] the first three letters seem to have been originally *sum* (?)

XVIII. SADE.

Justus es domine . et rectum iudicium tuum.

Mandasti iudicium et testimonia tua . et ueritatem tuam nimis.

*Cremabit me zelus domus tue*¹. quia obliti sunt uerba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum ualde . et seruus tuus dilexit illud.

Adulescentior ego sum et contemptus . iustificationes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua iusta in æternum . et lex tua ueritas.

Tribulatio et angustia inuenerunt me . mandata autem tua meditatio mea est.

Equitas et testimonia tua in eternum . intellectum eorum da mihi domine et uiuifica me. [col. 2.

ORATIO. Iustitia tua deus æterna est . que non personas sed merita eliget . tu igitur domine da tuam custodiendam in corde nostro uoluntatem . ut tribuas perpetuam sine fine iucunditatem. amen.

XVIII. CAPH. VOCATIO.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Preuenerunt oculi mei ad te diluculo ut meditarer eloquia tua.*

Exclamabi in toto corde meo . exaudi me domine . iustificationes tuas requiram.

Clamabi ad te ()² saluum me fac . ut custodiam precepta tua.

Preueni in maturitate et exclamabi . et in uerbo tuo sperabi.

Preuenerunt oculi mei ad te diluculo . ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam exaudi domine secundum multam ()³ misericordiam tuam . et secundum iudicium tuum uiuifica [f. 76. me.

Adpropriaberunt† persequentes me iniuste . a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu domine . et omnia mandata tua ueritas.

Ab initio cognobi de testimoniis tuis . quia in æternum fundasti ea()⁴.

[AD] CONPL[ETORI]A. Exclamamus ad te domine ut nos exaudias . et oculos humo declinos ad tuam lucem admittas . ut tua nos inlustrante serenitate . semper maneamus in lumine. pater.

¹ cremabit ..tue] the remainder of the antiphon is given in the marg. *quia inimici mei uerba tua obliti sunt.*

² erasure of about three letters.

³ erasure of two words (?)

⁴ ea] m erased.

BENEDICTIO. Benedictio domini largissima ueniat sup uos. Prestet cordi uestro firmitatem et tranquillitatem. in uerita promissorum suorum. Vt liueratos uos ab omnibus malis temptationibus huius seculi. perducatur uos ad gloriam sempiterna regni sui.

XX. RES. CAPITIS.

Vide humilitatem meam et eripe me. quia legem tuam [col. non sum oblitus.

Iudica iudicium meum et redime me. propter eloquium tuum uiuifica me.

Longe est a peccatoribus salus. quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Miserationes tue multe domine. secundum iudicium tuum uiuifica me.

Multi persequentes tribulabant me. a testimoniis tuis non declinabi.

Vidi inconpositos et tabescebam. quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quia mandata tua dilexi. domine in tua misericordia uiuifica me.

Principium uerborum tuorum ueritas. in eternum omnia iudicia iustitię tuę.

ORATIO. Vide humilitatem nostram domine. quam pro peccatis nostris /digne tolleramus. propter tuam clemen- [f. 76 tiam gratuitam misericordiam preueniamus. Vt munera tua narremus. et placatum te semper quesumus habeamus.

XX.†¹ SIN. DENTIVM.

Principes persequuti sunt me gratis. et a uerbis tuis formidat cor meum.

Letor ego super eloquia tua. sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatem odio habui et abominatus sum. legem autem tuam dilexi.

Septies in die† laudem dixi tibi. super iudicia iustitię tuę. Pax multa diligentibus legem tuam. et non est illis (scandalum.

Expectabam salutare tuum domine. et mandata tua seruabi.

Custodibit anima mea testimonia tua. et dilexit ualde.

Seruabi mandata tua et testimonia tua. quoniam /om- [col. nes uie mee in con(s)pectu² tuo domine.

¹ xx] read xxi. No antiphon here nor for xxii.

² erasure of two letters (?)

³ conspectu] s interlined.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Multum incola¹ fuit anima mea . cum his que oderant pacem eram pacificus . dum loquebar illis inpugnabant me gratis.

ORATIO. A(d)² te piissime deus uocem quum tribulamur³ emittimus . ad te cordis gemitum estu⁴ clamore dirigimus . precantes te ut quod oratione promimus / audias . et quod [f. 77b. gementes querimus tribuas . peregrinationem anime nostre de tenebrarum tabernacula⁵ eruas . et in lucem tuam transformando conuertas . ut nec labiis iniquis . nec dolosa lingua decipiamur in mundo . sed perfecta credulitate proficiamus in Christo . atque sagittas potentis in expugnatione aduersarii animi uiribus dirigamus . et carbones desolatorios ob defensione⁶ nostris in consensibus conseruemus . quorum incendia in deceptione sui inuidus sentiat . quorumque purgationem fidelium corda suscipiat.⁷

CXX. CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Auxilium meum a domino qui fecit celum et terram.*

Leuabi oculos meos ad montes . unde ueniet /auxilium [col. 2. mici.

Auxilium meum a domino . qui fecit celum et terram.

Non det in commotione pedem tuum . neque obdormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque obdormiet . qui custodit Israhel.

Dominus custodiat te dominus protectio tua . super manum dextere tue.

Per diem sol non uret te . neque luna per noctes.

Dominus custodiat te ab omni malo . custodiat animam tuam dominus

Dominus custodiat introitum⁸ tuum . et exitum tuum ex hoc nunc et usque in seculum.

ORATIO. Auxilium nostrum a te sit domine celi factor ac terre . ut nec oculos nostros a contemplatione montium tuorum oblectatio iufida dimobeat . nec pedem nostrum a cursu / fidei conmotio infausta detorqueat . sed qui non dormis ad [f. 78. custodiam . precamur ne tardes ad gratiam . Esto protector dextere nostre ut sancte⁹ in nos opereris administratione . uel non presumat sinistra uel nesciat neque uriat de iuxas in te iugiter mentes . uel aduersitas aspera tribulationum uel prosperitas mala suadet.¹⁰

¹ incola] gloss idest morator uel cultor uel habitator.

² Ad] d interlined.

³ read tribulamur.

⁴ perh. maestum.

⁵ perh. tabernaculo.

⁶ read defensionem.

⁷ read suscipiant.

⁸ introitum] a gloss lost

⁹ read sancta.

¹⁰ read suadet.

CXXI [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

Letatus sum in his que dicta sunt michi . in domo domini
ibimus.

Stantes erant pedes nostri . in atriis tuis Iherusalem.

Iherusalem que edificatur ut ciuitas . cuius participatio eius in
idipsum.

Illic enim ascenderunt tribus tribus domini . testimonium in
Israel ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio . sedes super tronum [col. 2.
Dauid.

Rogate que paci sunt Iherusalem . et habundantia diligentibus
te.

Fiat pax in uirtute tua . et habundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos . loquebar pacem de
te . propter domum domini dei mei . quesui bona tibi.

ORATIO. Iucundamur domine in his que in domo tua
eterna nos precesserunt . unde perenniter uiuunt . unde quum¹
rogamus quum ex hoc stadio uite emigraberimus . eorum nos
iubeas sociari cetibus . quorum gaudemus successibus ut tuis
simul delectemur iucundari laudibus.

CXXII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Oculi nostri ad dominum deum nostrum
donec misereatur nobis.*

Ad te leuamus oculos nostros . qui habitas in celis.
/Ecce sicut oculi seruorum in manus dominorum [f. 78.b.
suorum . et sicut oculi ancille ad manus domine sue . ita oculi
nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nobis.

Miserere nobis domine miserere nobis . quia multum repleti
sumus contemtione.

Multumque repleta est anima nostra . obprobriis habun-
dantium . et dispectione superuorum.

ORATIO. Ad te domine oculos nostros erigimus . quem in
celestibus habitare et terre macinam uirtute continere fatemur .
miserere igitur nostri domine miserere . et peccatis nostris pro
quibus te iratum metuimus parce . Vt contemptu² nostrum pietate
clementi respicias . et a delicti obprobrio dextere³ tue nos uirtutis³
eripias.

¹ om. quum?

² contemptum Lor.

³ dextera Lor. but pern. dexteræ...uirtute.

CXXIII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

Nisi quod dominus erat in nobis . dicat nunc Israhel . [col. 2.
nisi quod dominus erat in nobis.

Quum insurgerent homines in nos . forsitan uiuos deglutissent nos.

Quum irasceretur animus eorum aduersum nos . forsitan uelut aqua obsorbuisse(n)t¹ nos.

Torrentem pertransibit anima nostra . forsitan pertransisset anima nostra aquam inmensam.

Benedictus dominus . qui non deicit nos in captura† dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est . de laqueo uenantium.

Laqueus contritus es(t)² . et nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine domini . qui fecit celum et terram.

ORATIO. Conuertere³ domine laqueos quos nobis hii qui animas nostras uenantur obponunt. Rumpe pretensium† aduersantium nodos . et captiuantium nos insidias . adiutorii . tui [f. 79. obpitatione conturba. Quia nisi tu in nobis . tam potest nos contraria uirtus degluttire quam sorbere. Esto seruorum tuorum et custos⁴ . et prebius . ut nec spiritalium nequitiarum decipulas incurrant . et oblatam†⁵ quibus a† te nituntur expediant.

CXXIII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Benefac domine bonis et rectis corde.*

Qui confidunt in domino sicut mons Syon non commobebitur in eternum . qui habitat in Iherusalem.

Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui . ex hoc nuc†⁶ et usque in seculum.

Quia non derelinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum . ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine bonis . et rectis corde . declinantes autem ad obligacionem . adducet dominus cum operantibus iniqui- [col. 2. tatem pax super Israhel.

¹ obsorbuisent:] the *n* mark is perhaps later.

² *t* interlined.

³ read *practensos*.

⁴ *relatur quibus ad te uentre nitantur* Bianch.

⁵ *onuerte* Bianch.

⁶ read *custos*.

⁷ read *nunc*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ORATIO. Nisi tu domine edifices et custodias nos uac
erit operatio uel industria nostra . quia nec sine te esse possum
nec bene uiuere preualemus . idcirco quia tuum est quod agim
tribue quesumus ut a te /non recedamus . et tuam gratiam [f.
per omnia percipiamus.

CXXVII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Labores fructuum tuorum manduca
beatus es et bene tibi erit.*

Beati omnes qui timent dominum . et qui ambulant in uiis e
Labores (manu)m (tuarum)¹ manducabis . beatus es et b
tibi erit.

Vxor tua sicut uitis habundans . in lateribus domus tue.

Filii tui sicut nobella olibarum . in circuitu mense tue.

Ecce sic benedicetur omnis homo . qui timet dominum.

Benedicat tibi dominus ex Syon . et uideas que bona sun
Iherusalem omnibus diebus uite tue . et uideas filios filior
tuorum pax super Israhel.

ORATIO. Dona omnipotens domine huic familie
beatitudinis summam . ambulare in uiis tuis et timere te [co
domine. Vt sanctarum manuum fructibus et spiritalium oper
cuius² mens auida ac deuota esse³ satiet . et per circuitum cele
mense uerbi repleti⁴ doctrinis . uelut olibarum tibi prole⁵ consoc
quicquid timoris tui meditatione conceperit. amen.

CXXVIII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Benedictio domini super uos benedic
uos in nomine domini.*

Sepe expugnaberunt me a iubentute mea . dicat nunc Isra
sepe expugnaberunt me a iubentu(te)⁶ mea . etenim
potuerunt mici.

Supra dorsum meum fabricaberunt peccatores . prolo
aberunt iniquitates suas.

Dominus iustus . concidet ceruices peccatorum ./(c)on- [f. &
fundantur⁷ et conuertantur retrorsum . omnes qui oderunt Syc

¹ manuum tuarum] on erasure.

² perh. se?

³ perh. repleta.

⁴ iubentute] te interlined later.

⁵ i.e. cibis.

⁶ perh. prolem.

⁷ confundantur] erased rubricated in

Fiant sicut fenum edificiorum. quod priusquam euellatur
arescit.

De quo non implebit manum suam qui metit. et sinum suum
qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui preteriebant benedictio domini super
uos. benedicimus (uos)¹ in nomine domini.

ORATIO. Sæpe†² nos domine uitiorum multitudo ut a tuis
sanctis recedamus legibus. et peruersis adquiescamus erroribus.
Sed tu deus uirtutum omnia semina nequissima antequam
radicitus uigeant succide atque extingue. Vt tibi soli germina
et fructos bonos cogitatione et opera exhibeamus.

CXXVIII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

/[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. ³*uigilia matutina [col. 2.
usque ad nocte† speret Israhel in domino.*

De profundis clamabi ad te domine. domine exaudi uocem
meam.

Fiant aures tue intendentes. ad orationem serui tui.

Si iniquitatem obseruaberis domine. domine quis sustinebit.

Quia apud (te)⁴ propitiatio est. et propter legem tuam sustinui
te domine.

Sustinuit anima mea in uerbo tuo. sperabit anima mea in
domino.

A uigilia matutina usque ad nocte†⁵. a custodia matutina
speret Israhel in domino.

Quia apud dominum misericordia. (est)⁶ et copiosa apud eum
redemptio.

Et ipse redimet Israhel. ex omnibus iniquitatibus eius.

ORATIO. De profundis clamamus⁷ ad te domine. atque inde
speramus⁷ inluminationem et querimus⁷ pacem. et quia apud te
est miseratio et copiosa redemptio. uel de scientie profunditate
nos⁷ instruas. uel de malorum dimensione nos⁷ abstruas†⁸. sitque
hec a te anime nostre⁷ uicaria retributio. ut letetur⁹ in tuo dono
cuius sustinet fidelis in uerbo.

¹ uos] interlined.

² sæpe...multitudo] *expugnauit* or some similar verb is wanted.

³ ins. *A*.

⁴ te] on erasure.

⁵ read *noctem*.

⁶ est] apparently an insertion.

⁷ clamamus...nostre] the singular inflexions and pronouns *clamo*, etc., are interlined above by a minute hand throughout these passages, and in the benediction the first person (*me* etc.) replaces the second.

⁸ read *abstrahas*.

⁹ laetetur] the minute hand writes *leter*.

[AD] CONPLETORIA. A uigilia matutina usque ad noctem speret in te plebs tua domine. ac deficiente mortis obscuro resurrectionis tuę fide resplendeat. donec ad immortalitatis dona perueniat. tu es enim qui redimis Israhel ex omnibus iniquitatibus eius. Vt iam nulla desperatio quoartet resipientem a facinoribus reum. cum tuo /deleantur sanguine [col. 2. (nimium)†¹ maximumque delictum. pater.

BENEDICTIO. Benedictionum suarum super uos² dominus. benignus imbrem infundat. angelica uos² custodia protegat et nocturnum furem e cubilibus nostris² expellat. Vt cingulo castitatis adstricti² nulla uos² ludificatio deterreat inimici.

CXXX [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Speret Israhel in domino ex hoc nunc et usque in seculum.*

Domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei. neque ambulabi in magnis. neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam. si exaltabi animam meam.

Sicut ablactatus super matrem suam. ita retribu(es)³ in animam meam.

/Speret Israhel in domino. ex hoc nunc et usque in [f. 81.b. seculum.

ORATIO. Non exaltetur domine in superuia cor nostrum ut spiritu contribulati tibi possimus offerre sacrificium. Neque in altum subregnantur†⁴ oculi. inconprehensibilia prescrutando. sed sicut ablactatum supra matrem suam te dominum natum passum mortuumque resurgentem ab inferis et regnantem in celis. corde integro confidentes†⁵ edocante gratia enutriamur. quique nunc spiritalis uite alimenta tue†⁶ incarnatione suscepimus ineffabilibus deliciis. cum tua apparuerit gloria satiemur.

CXXXI [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

Memento domine Daud. et omnes mansunis†⁷ eius.

Sicut iurabit /domino. uotum uobit deo Iacob. [col. 2.

Si introyero in tabernaculum domus meę. si ascendero in lectum stratus mei.

¹ nimium] corr. by the rubricator to *minimum*.

³ retribu(es)] *es* on erasure.

⁵ read *confidentes*.

⁷ mansunis] altered by interlining to *mansuetudines*.

² Cf. note ⁷ p. 129.

⁴ read *subregantur*.

⁶ read *tua*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

CXXXII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Illic mandabit dominus benedictionem uitam (usque)¹ in seculum.*

Ecce quam bonum et quam iucundum . habitare fratres unum.

Sicut unguentum² a capite quod descendit in barbam (barbam Aaron . quod descendit in hora uestimenti eius.

Sicut ros Ermon . quod descendit in montem Syon.

Quoniam illic mandabit dominus benedictionem . et uitam usque in seculum.

ORATIO. Manda deus benedictionem et uitam in ecclesiam tuam . ut unguentum quod iam descendit in capite . maneat totum in corpore . eodemque spiritu ecclesiam tuam pasce . quo caput nostrum unigenitum / tuum dignatus es adimplere. [col

CXXXIII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

* **E**cce nunc benedicite dominum . omnes serui domini.*

Qui statis in domo domini . in atriis domus dei nostri.

In noctibus extollite manus uestras in sancta . et benedicite dominum.

Benedicat tibi dominus ex Syon qui fecit celum et terram.

ORATIO. Nunc te benedicimus domine . ut a te semper salvi effici mereamur . nunc te laudamus . ut a te perpetuam misericordiam consequamur . Tibi dignum effectum per quem expleamus quod optamus . et largiaris quod desideramus.

CXXXIII.

ALLELUIA.

ANTIPHONA. *Ego cognovi quod magnus est dominus deus noster super omnes deos.*

Laudate nomen domini . laudate serui domini. [f.

Qui statis in domo domini . in atriis domus dei nostri.

Laudate dominum quia benignus dominus . psallite nomini eius quoniam suave est.

Quoniam Iacob elegit sibi dominus . et Israel in possessionem sibi.

¹ usque] interlined.

³ erasure of *in*.

² unguentum] // interlined.

Quia ego cognobi quod magnus est dominus . et deus noster
ore omnibus diis.

Omnia quequumque uoluit (dominus)¹ fecit . in celo et in
terra . in mari . et in omnibus abissys.

Educens nubes ab extrema terre . fulgura in plubiam fecit.

Qui producit uentos de tesaris suis . qui percussit primo
genita Egypti ab homine usque ad pecus.

Emisit signa et prodigia in medio tui Egypte . in Faraone
et in omnes seruos eius.

/Qui percussit gentes multas et . occidit reges mirabiles. [col. 2

Seon regem Amorreorum et O(g)² regem Basan . et omnia
regna Canaan occidit.

Et dedit terram eorum hereditatem . hereditatem Israhel
seruo suo.

Domine nomen tuum in eternum . domine memoriale tuum in
seculum seculi.

Quia iudicabit dominus populum suum . et in seruis suis
consolabitur.

Simulacra gentium argentum et aurum . opera manuum
hominum.

Os habent et non loquentur . oculos habent et non uidebunt.

Aures habent et non audient . nares habent et non odorabunt.

(Manus habent et non palpabunt . pedes habent et non
ambulabunt.)³

Non clainabunt in gutture suo . neque enim est spiritus in
ore ipsorum.

Similes illis sunt qui faciunt ea . /et omnes qui confidunt [f. 83.b.
in eis.

Domus Israhel benedicite domin(o)⁴ . domus Aaron benedicite
domino.

Domus Leui benedicite domino . qui timetis dominum bene-
dicite domino.

Benedicat tibi dominus ex Syon . qui habitat in Iherusalem.

ORATIO. Laudamus te domine quia benignus et magnus es
cuius magnitudinem et bonitatem et mirabilia testantur et opera.
Magnus es igitur dum ex nicilo tam stupenda tamque multi-
plicia ()reas.⁵ Benignus autem dum pereuntem mundum
Christi tui sanguine reparas . magnus dum ex mortuis cadabera
suscitas . Benignus quum excitatis uitam interminabilem donas.
Tribue nobis omnipotens deus supplicibus tuis et tante magni-

¹ dominus] interlined.

² Og] g on erasure.

³ manus...ambulabunt] in marg., probably not by the original hand. The verse, however, is critically on the same footing as the rest of the passage *nares...guttura suo*, being ultimately no doubt an intrusion from ps. cxiii. but attested by some Greek authority, including that of codex A as well as the Verona bilingual psalter.

⁴ domino] o on erased *um*.

⁵ erasure, read *reas*.

/tudinis intelligere potestatem . et benignitatis tuę suscipere [col. 2.
pacem.

CXXXV [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *In humilitate nostra memor fuit nostri dominus et redemit nos de manu inimicorum nostrorum.*

Confitemini domino quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

Confitemini deo deorum . quoniam in seculum misericordia eius.

Confitemini domino dominorum . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui fecit mirabilia magna solus . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui fecit celos in intellectu . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui firmabit terram super aquas . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui fecit luminaria magna /solus . quoniam in seculum [f. 84 misericordia eius.

Solem in potestate diei . quoniam in seculum misericordia eius.

Lunam et stellas in potestate noctis . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui percussit Egyptum cum primitiis suis . quoniam in [seculum misericordia eius].

Et eduxit Israhel e medio eius . quoniam in seculum misericordia eius.

In manu forti et bracio excelso . quoniam in seculum mise[r]cordia eius].

Qui diuisit mare rubrum in diuisiones . quoniam in seculum [misericordia eius].

Et transduxit Israhel per medium eius . quoniam in seculum mise[r]cordia eius].

Qui excussit Faraonem et exercitum eius in mare rubr(o)¹ . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui transduxit populum suum per desertum . quoniam in seculum [misericordia eius].

Qui eduxit aquam de petra rupis . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui percussit gentes† multas†² . quoniam in seculum misericordia eius.

¹ rubro] o on erasure.

² gentes multas] read *reges magnos* ; the variant comes from ps. cxxxiv.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Si oblitus fuero tui Iherusalem . oblibiscatur me dextera mea.

Adereat¹ lingua mea faucibus meis . si tui non meminero.

Si non preposuero tui Iherusalem . in principio letitię meę.

Memento domine filiorum Edom in diebus Iherusalem . qui dixerunt exinanite exinanite usque ad fundamentum in ca.

Filia Babilonis misera . beatus qui retribuet tibi retributionem . quam tu retribuisti nolis.

Beatus qui tenet et allidet² . paruulos suos ad petram.

/ORATIO. Domine flumina Babilonis que sunt huius [f. 85. mundi perniciosas delectationes a nostris subtraę desideriiis . ut non amore eius inereamus . sed deflendo respuamus. Nec nostra hac perniciosa delectatione ingurgite(mus)³ concupiscentię† sed tibi deo nostro affectu tibi actu et seruiamus iugiter . et inereamus feliciter.

CXXXVII [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *In conspectu angelorum tuorum tibi psallam domine.*

Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam exaudisti omnia uerba oris mei . et in conspectu angelorum ()⁴ psallam tibi.

Adorabo ad templum sanctum tuum . et confitebor nomini tuo.

Super misericordiam et ueritatem tuam . quoniam magnificasti super omnia nomen sanctum tuum. [col. 2.

In quacumque die inuocabero te . uelociter exaudi me.

Multiplicasti animam meam . in ueritate tua.

Confiteantur tibi domine omnes reges terre . quoniam audierunt omnia uerba oris tui.

Et cantent in canticis domino . quoniam magna est gloria domini.

Quoniam excelsus dominus et humilia respicit . et alta de longe agnoscit.

Si ambulabero in medio tribulationis uiuificabis me . et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam . et saluum me fecit dextera tua.

Domine retribue pro me . domine misericordia tua in ęternum . opera manuum tuarum ne despicias.

¹ adhaereat] gloss . . . *ciat uel quod est apegue se uel barbara. . . .*

² allidet] gloss illegible.

³ ingurgitemus] *mus* interlined, perh. read *ingurgitetur concupiscentia*.

⁴ erasure of one word.

ORATIO. In conspectu angelorum sanctorum tibi domine psallimus tuisque quorum†¹ electis te labiorum / confessione [f. 85.b. depromimus. Exaudi quesumus uerba oris nostri et da nobis premium muneris postulati.

CXXXVIII [PSALMVS].

PSALMVS IPSI DAVID.

ANTIPHONA. *Tu formasti me posuisti super me manum tuam domine.*

Domine probasti me et cognobisti me tu cognobisti sessionem² meam et resurrectionem meam. tu intellexisti cogitationes meas a longe.

Semitam meam et limitem³ meum tu inuestigasti. et omnes uias meas preuidisti. quia non est dolus in lingua mea.

Ecce tu domine cognobisti omnia. nouissima et antiqua.

Tu formasti me. et posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia / tua. ex me confortata est [col. 2. nec potero ad eam.

Quo ibo ab spiritu tuo. et a facie tua quo fugiam.

Si ascendero in celum tu ibi es. et si descendero in infernum ades.

Si sumsero pinnas meas ante lucem. et habitabero in postremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me. et tenebit me dextera tua.

Et dixi forsitan tenebre conculcaberunt me. et nox inluminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebre non obscurabuntur a te. et nox sicut dies inluminabitur.

Sicut tenebre eius ita et lumen eius. quoniam tu possides renes meos domine.

Suscepisti me de utero matris meę. confitebor / tibi [f. 86. domine. quia terribiliter mirificatus es.

REPETITIO. Mira opera tua deus. et anima mea nobis nimis.

Non est occultatum os meum a te queſ fecisti in occultis. et substantia mea in inferioribus terre.

Inperfectum meum uiderunt oculi tui. et in libro tuo omnes scribentur.

Dii⁴ firmabuntur. et nemo in eis.

¹ read *coram*.

² sessionem] gloss . . . *sedebam uel sedendo stabam*.

³ limitem] gloss *transuersa in agris itinera*.

⁴ i.e. *dies*.

Mici autem nimis honorificati sunt amici tui deus. ualde confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo¹ eos et super arena maris multiplicabuntur. et surrexi. et adhuc tecum sum.

Si occidas deus peccatores uiri sanguinum declinate a me. quia dicitis in cogitationibus uestris. accipient in uanitate ciuitates suas. [col. 2.]

Nonne qui oderant te deus oderam illos. et super inimicos tuos tabescebam.

Perfecto odio oderam illos. et inimici facti sunt mici.

Proua me domine et scito cor meum. interroga me et cognosce² semitas meas.

Et uide si uia iniquitatis in me est. et deduc me in uiam æternam.

ORATIO. Domine qui nouissima seculi et antiqua principii solus agnoscis. qui cogitationes hominum occultas. in palam intelligis. qui ex utero materno manu tua formata³. nostram suscipis creatam⁴. inlumina tenebras nostras. et ne iterum pro deceptionibus prauis de terris⁴ obscuremur. inluminatione⁵ delicia nos gubernet in prosperis. ut scripti in libro [f. 86. b.] uite. uiam uite æterne cum amicis tuis ingredi mereamur.

ALIA ANTIPHONA. *Mira opera tua deus et anima mea nobis nimis.*

[ORATIO]. Mira sunt domine opera tua sed mirabilior est tua sapientia. quam etsi semper scrutaberimus. inmensam semper adtendimus. eius enim totum sic tendit ad relicum. ut relicum eius habeatur pro totum⁶. Ergo imperfectum nostrum uide. et in libro tuo nostrorum omnium nomen scribe.

CXXXVIII [PSALMVS].

IN FINEM PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Domine deus uirtus salutis mee obumbra caput meum in die belli.*

Erripe me domine ab homine malo. a uiro iniquo libera me. Quia cogitauerunt malitias in corde suo. tota die constituebant prelia.

/Acuerunt linguas suas sicut serpentes. uenenum [col. 2.] aspidum sub labiis eorum.

Conserua me domine de manu peccatoris. ab omnibus iniquis libera me.

¹ dinumerabo] *ho* interlined.

³ perh. *formatam... creaturam.*

⁵ read *inluminatione.*

² cognosce] *c* interlined.

⁴ perh. *deterius.*

⁶ i. e. *toto.*



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum . absorti¹ sunt continuati petre iudices eorum . audierunt uerba mea quoniam potuerunt.

Sicut grassitudo terre eructuat super terram . ()² dissipata sunt ossa nostra secus infernum.

Quia ad te domine domine oculi mei . in te sperabi ne (euaques)³ animam meam.

Custodi me (domine)⁴ . a laqueo quem statuerunt mici . et ab scandalis operantibus iniquitatem.

Cadent in retia eius peccatores . singulariter sum ego donec transeam.

ORATIO. Clamamus ad te domine . propitius exaudi nos . ascendat oratio nostra ad tronum tuum . nostraque confessio deitati tuę redoleat incensum . /et eleuationem nostrarum manuum [col. 2. accepta in sacrificium uespertinum . pone ori nostro custodiam . ne dilabetur[†] in lingua maligna . sed dona ut te labiorum meditatio indesinenter predicet et in fidis cordibus fidei gratiam indubitanter insinues . per quem^{†5} et peccatores fallaciam respuant . et benedictionis oleum a te conlatum accipiant.

CXLI [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Effundam in conspectu dei orationem meam tribulationem meam ante ipsum pronuntiabo.*

Voce mea ad dominum clamabi . uoce mea deum deprecatus sum.

Effundam in conspectu (eius)⁶ orationem meam . tribulationem meam ante ipsum pronuntiabo.

In deficiendo in me spiritus meus . /et tu cognobisti [f. 88. semitas meas.

In uia hac quam ambulabam . absconderunt superui laqueos mici.

Considerabam a dextris et uidebam . et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga (a me)⁷ . et non est qui requir(at)⁸ animam meam.

Clamabi ad te domine dixi tu spes mea . portio mea in terra uiuentium.

Intende uoci orationis mee . quia humiliatus sum nimis.

¹ read *absorpti*.

³ euacues] this, the reading of Jerome's Hebrew version, is written perhaps by the orig. hand over an erasure (of *auferas*?)

⁵ read *quam*?

⁷ a me] in red, on erasure.

² erasure of *ita*.

⁴ domine] interlined.

⁶ eius] on erasure.

⁸ requirat] *at* on erasure.

Libera me a persequentibus me . quoniam confortati sunt super me.

Educ de carcere animam meam . ad confitendum nomini tuo.

(M)e¹ expectant iusti . donec retribuas miki.

ORATIO. Effudentibus in conspectu tuo orationem nostram domine misericors adiutor existe. Esto nostra portio . qui es nostra redemptio . sensus nostros solita benignitate dirige . /et semitas nostras directione cognosce . ut inter absconditos [col. 2. in hac uia qua gradimur laqueos . ita tui desiderio percurramus . ut² placitam tibi fidei partem nunquam a tua uestigia declinemus.

CXLII [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Exaudi me domine in tua iustitia ne intres in iudicio cum seruo tuo.*

Domine exaudi orationem meam . auribus percipe obsecrationem meam in ueritate tua.

Exaudi me in tua iustitia . et ne intres in iudicio cum seruo tuo . quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

Quia persequutus est inimicus animam meam . humiliabit in terra uitam meam.

Conlocabit me in obscuris sicut mortuos seculi . et anxius est in me spiritus meus . (et)³ turbatum est cor [f. 88.b. meum.

Memor fui dierum antiquorum . et meditatus sum in omnibus operibus tuis . et in factis manuum tuarum meditabor.⁴

Expandi manus meas ad te anima mea uelut terra sine aqua . uelociter exaudi me . domine defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam a me . et similis ero descendentibus in lacum.

[AD] MATVT[INVM]. *Auditam fac miki mane misericordiam tuam . quoniam in te sperabi domine.*

Demonstra miki uiam per quem⁵ ambulem . quia ad te domine animam meam leuabi.

Eripe me de inimicis meis domine . quoniam ad te confugi(bi).⁶

Doce me facere uoluntatem tuam . quia tu es deus meus.

Spiritus tuus bonus deducet me . in uiam rectam.

¹ Me] the rubric initial is almost erased.

² ut in placitam tibi partem fidei uestigio occurramus Lor., perh. plac. t. f. partem ut nunquam a tuis uestigiis declinemus.

³ et] in red, in place of an erased word.

⁴ read *meditabar*.

⁵ read *quam*.

⁶ confugibi] the last two letters are apparently added.

Propter nomen tuum domine uiuificabis me in equitate tua .
et educes de tribulatione animam meam.

(e)t¹ in misericordia tua disperde inimicos meos. (E)t¹
perdes omnes qui (tri)bulant² /animam meam quoniam [col. 2.
seruus tuus sum ego.

ORATIO. Exaudi nos domine in tua iustitia et ne intres in
iudicio cum seruis tuis . nam si interrogas . quid respondeat . si
iratus adendas . qui(s)³ subsistat . si enim iustitiam queras . parum
repperies . si pro peccatis adteras . recte condemnas . nullus enim
apud te per se iustificabitur . nisi a te fuerit adiubatus . ergo quia
ex nostro saluari non confidimus merito . misericordie tue
iustificemur auxilio . tuoque participes efficiamur in regno.

[AD] CONPLETORIA. Auditam fac nobis in luce misericor-
diam tuam domine . et in claritate qua iudex adueneris .
resurrectionis digna percipiamus munera pietatis. Nec cum
incredulis pereamus . sed cum fidelibus tuum aduentum
suscipiamus . ut tibi in eternum adereamus. pater.

BENEDICTIO. Benedicat uos dominus . qui uos ex maledicto
redemit . et quod munere suo in uobis contulit sua uirtute
confirmet . et ita uos presenti seculo /regat . ut ad eternam [f. 89
beatitudinem remunerandos adtollat.

CXLIII [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Misericordia mea et refugium meum
susceptor meus et liberator meus.*

Benedictus dominus deus (meus)⁴ qui docet manus meas ad
bellum . digitos meos ad prelium.

Misericordia mea et refugium meum . susceptor meus et
liberator meus.

Protector meus et in ipso sperabi . subiciens populos sub me.

Domine quid est homo quod innotuisti ei . aut filius hominis
quod reputas eum.

Homo uanitatis similis factus est . dies eius sicut umbra
preterierunt.

Domine inclina celos et descende . tange montes et
fumiabunt.

Corusca coruscationes et dissipabis eos . emitte sagittas tuas .
et conturuabis eos.

¹ et . . . Et] the position of the rubric initial has been altered.

² tribulant] *tri* interlined.

³ quis] *s* above the line.

⁴ meus] interlined.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Magnificentiam magestatis tuę . et sanctitatem tuam loquentur et mirabilia tua narrabunt.

Virtutem terribiliorum tuorum dicent . et magnificentiam tuam (narrabunt).¹

Memoriam habundantie suabitatis tue eructuabunt . et in /tua iustitia exaltabuntur. [col. 2

Miserator et misericors dominus patiens et multum misericors . et sanctus in omnibus operibus suis.

Suabis dominus uniuersis . et miserationes eius . super omnia opera eius.

Confiteantur² tibi domine omnia opera tua . et sancti tui benedicent tibi.

Gloriam regni tui dicent . et potentiam tuam ()³ loquentur.

Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam . et gloriam magnificentiam†⁴ regni tui.

ANTIPHONA. *Regnum tuum domine regnum (et)⁵ sempiternum et dominatio tua in omni progenie et generatione.*

REPETITIO. Regnum tuum domine regnum omnium seculorum . et dominatio tua in omni progenie et generatione.

Fidelis dominus in uerbis suis . et sanctus in omnibus operibus suis.

Erigit dominus omnes qui ruunt . et corrigit omnes elisos.

Oculi hominum in te sperant domine . et tu das escam illis in tempore oportuno.

/Aperis tu manum tuam . et imples omnem animam [f. 90. benedictionem.†⁶

Justus dominus in uiis suis . et sanctus in omnibus operibus suis.

Prope est dominus . omnibus inuocantibus eum in ueritate.

Voluntatem timentium se faciet . et orationes eorum exaudiet et saluos faciet eos.

Custodit dominus omnes diligentes se . et omnes peccatores disperdet.

Laudem domini loquatur os meum . et benedicet omnis caro nom(en)⁷ sancto eius . in eternum et in seculum seculi.

ORATIO. Domine qui omnibus prope es et qui ab alico nisi a te recesserit non recedes . esto nobis uel circumfusus ad custodiam uel infusus ad gratiam . fac uoluntatem†⁸ timentium te . quia

¹ narrabunt] on erasure.

² confiteantur] a cross is placed in the margin (not in the original ink) against this verse.

³ erasure of about three letters.

⁴ read *magnificentiae*.

⁵ et] inserted.

⁶ read *benedictione*.

⁷ nomen] the original hand gives *nomini*, altered by the rubricator.

⁸ read *uoluntatem*.

insinuas timorem . quum exaudieris precem . Et addes nomini tuo laudem . miseratione placida . quum propitiatus fueris . orationes¹ susceptas .

ORATIO. Prope esto domine omnibus in ue/ritate inuo-[col. 2. cantibus . qui ne a te elongentur peccando tibi inereant obsequendo . Et qui facis uoluntatem timentium (te)² orationes nostras clemens auditor suscipe et petita remedia propitius prebe . inimicum anime nostre disperde . et diligentes†³ te optimus custos adesse dignare . Ac sicut tu in uiis tuis es iustus . et in operibus sanctus . ita iustificando itinera nostra qua a† te properare nitimur dirigas . et sanctificatos ad benedicendum te in congregatione electorum adducas .

CXLV [PSALMVS].

ALLELUIA.

ANTIPHONA. *Dominus erigit elisos dominus soluet conpeditos dominus inluminat cecos.*

Lauda anima mea dominum . laudabo d(cum)⁵ in uita mea psallam deo meo quamdiu ero .

Nolite confidere in principibus . neque in filiis hominum in quibus non est salus .

Exiet spiritus eorum et reuertetur in terram suam . in illa die peribunt omnes cogitationes eorum .

/Beatus cuius deus Iacob adiutor eius . spes eius in [f. 90.b. domino deo ipsius . qui fecit celum et terram . mare et omnia que in eis sunt .

Qui custodit ueritatem a seculo facit iudicium iniuriam patientibus . et dat escam esurientibus .

Dominus erigit elisos dominus solbet conpeditos⁶ . dominus inluminat cecos dominus diriget iustos .

Dominus custodit aduenam . pupillum et uiduam suscipiet . et uias peccatorum exterminabit .

Regnabit dominus in eternum . deus tuus Syon in seculum seculi .

ORATIO. Domine qui erigis elisos . et solues conpeditos atque inluminas cecos . nosque⁷ erige cum lapsos†⁸ inclinans . et solue cum peccata circumligans . atque inlumina cum nos ignorantie caligo circumdat . ut et anima nostra te semper laudet . et uita illa†⁹

¹ read *et orationes* ?

² perh. *diligentis* .

³ deum] on erasure of *dominum* .

⁴ nos quoque Lor .

⁵ perh. om. *illa* ; *uita nostra fid. deu. sit humilis* Lor .

⁶ te] inserted later .

⁷ read *qui ad* !

⁸ conpeditos] gloss *bene ligatos* .

⁹ lapsus Lor .

fideli deuotione . ac humili seruitute. Et quia tui muneris est quod sumus . tibi seruiat omne quod uiuimus.

CXLVI [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Qui sanat contritos /corde et alligat [col. 2. contritiones eorum magnus dominus noster et magna uirtus eius.*

Laudate dominum quoniam bonus est psalmus . deo nostro iucunda sit laudatio.

Edificans Iherusalem dominus . et dispersos Israhel congregans.

Qui sanat contritos corde . et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum . et omnibus eis nomina uocat.

Magnus dominus (noster)¹ et magna uirtus eius . et sapientie eius non est numerus.

Suscipie(ns)² mansuetos dominus . humiliat autem peccatores usque ad terram.

Incipite domino in confessione . psallite deo nostro in cithara.

Qui operit celum nubibus . et parat terre plubiam.

Qui producit in montibus fenum . et erbam seruituti hominum.

Qui dat iumentis escam ipsorum . et pullis corborum inuocantibus eum.

Non in uiribus equi uoluntatem haebit . neque in tabernaculis uiri beneplacitum est ei.

Beneplacitum est domino super timentes eum . /et in eos [f. 91. qui sperant in misericordia eius.

ORATIO. Domine qui sanas contritos corde . nostris uulneribus salutiferam medellam infunde . et peccatis finem pone . atque bene uiuendi ordinem tribue . ut mereamur consequi beatitudinem . qui te ueneramur auctorem.

CXLVII [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Iherusalem lauda (dominum)³ deum tuum Syon lauda.*

Lauda Iherusalem dominum . conlauda deum tuum Syon. Quoniam confortabit seras⁴ portarum tuarum . benedixit filios tuos in te.

Qui posuit fines tuos pacem . et adipe frumenti satians te.

¹ noster] interlined.

³ dominum] interlined.

² suscipiens] *ns* on erasure.

⁴ seras] gloss *firmatura hostii*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ORATIO. Te in excelsis domine laudant¹ angeli ac uirtutes. tibi de terra det laudem omne quod a te auctorem sumit originem. et qui supernorum laudaris officiis. terrestrium semper delecteris obsequiis. magestatem ergo tuam nostra simul ac superna honoret deuotio. et in omnis creature sensibus uigilet tua eterna laudatio.

CXLVIII [PSALMVS].

ALLELVIA.

Cantate domino canticum nobum. laus eius in ecclesiis sanctorum.

Letetur Israhel in eo qui fecit ipsum. et filii Syon exultent super regem suum.

/Laudent nomen eius in coro. in timphano et [col. 2. psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo. et exaltabit mansuetos in salute.

Exultabunt sancti in gloria. et letabuntur in cubilibus suis.

Exultationes dei in faucibus eorum. et gladii bisacutis² in manibus eorum.

Ad faciendam uindictam in nationibus. increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in conpedibus. et nobiles eorum in uinculis ferreis.

Ut fiat in eis iudicium conscriptum. gloria hec est omnibus sanctis eius.

ORATIO. Letetur Israhel in te domine. quia te fatetur creatorem te agnoscent³ suum esse redemptorem. nos igitur quia in te ueraciter confidimus. et salubriter tua mirabilia enuntiamus. tua quesumus misericordia circumdemur.

CL [PSALMVS].

ALLELVIA.

Laudate dominum in sanctis eius. laudate eum in firmamento uirtutis eius.

Laudate eum in potentatibus. laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius/....⁴

¹ *laudent* Bianchi, but the indicative is to be preferred.

² read *bisacuti*.

³ read *agnoscit* ?

⁴ after f. 91 a quire is wanting.

[LIBER CANTICORVM.]

[XVII CANTICVM].

...¹/pedum tuorum omnes qui detraebant tibi. [f. 92.

Et uocabunt te ciuitatem domini Syon sancti Israhel. pro eo quod fuisti derelicta. et odio habita. (et non erat)² qui per te transiret.

Ponam te in superuia seculorum. gaudium in generatione et generatione.

Et sugges lac gentium. et mammillas regum lactaberis.

Et scies quia ego dominus saluans te. et redemptor tuus fortis Iacob.

Pro ereet³ afferam aurum. et pro ferro afferam argentum et pro lignis es. et pro lapidibus ferrum.

Et ponam uisitationem tuam pacem. et prepositos tuos iustitiam.

Non audietur ultra iniquitas in terra tua. uastitas et contritio in terminis ()⁴ tuis.

Et occupabit salus muros tuos. et portas tuas laudatio.

Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem. nec splendor lune inluminabit te.

/Sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. et deus [col. 2. tuus in gloriam tuam.

Non occidet ultra sol tuus. et luna tua non minuetur.

Quia dominus erit tibi in lucem sempiternam. et conplebuntur (omnes)⁵ dies luctus tui.

Populus autem tuus omnes iusti. in perpetuum hereditabunt terram.

Germen plantationis mee. (et)⁶ opus manuum mearum ad glorificandum.

Minimus erit in mille. et paruulus in gentem fortissimam.

Ego dominus in tempore eius. subito faciam istud.

XVIII [CANTICVM].⁷

CANTICVM IHEREMIE PROPHETE IN ALLISIO† INFANTVM.

ANTIPHONA. *Quiescat uox tua a fletu et oculi tui a luctu quia mercis tua ayt dominus.*

¹ For cantica i—xvii (v. 14) which are lost, see Lorenzana's text, Migne lxxxvi. col. 845. The text of this canticle (Is. lx.) is in the main the Vulgate.

² et non erat] inserted in different ink.

³ i.e. *aere*.

⁴ erasure of three or four letters.

⁵ omnes] added.

⁶ et] added.

⁷ Cant. xviii] Jer. xxxi. 15-22, Vulg.

Hec dicit dominus. uox in excelso audita est lamentationis fletus et (luc)tus.¹

Racel plorans filios suos. et nolentis consolari super eos quia non sunt.

Hec dicit dominus quiescat uox tua /a ploratu. et oculi [f. 92.b. tui a lacrimis. quia est mercis operi tuo ayt dominus.

Et reuertentur de terra inimici. et est spes nobissimis tuis ayt dominus.

Et reuertentur filii ad terminos suos.

Audiens audiui Efraym transmigrantem.

Castigasti me et eruditus sum. quasi iubenculus indomitus.

Conuerte me et reuertar. quia tu es dominus deus meus.

Postquam enim conuertisti me egi penitentiam. et postquam hostendisti miki percussi femur meum.

Confusus sum et erubui. quoniam sustinui obprobrium adulescentie mee.

Si filius honorabilis miki Efraym. si puer delicatus quia ex quo locutus sum de eo. adhuc recordabor eius.

Idcirco conturbata sunt uiscera mea super eum. miserans miserebor eius ayt dominus.

Statue tibi speculum. pone /tibi amaritudine(s)² dirige [col 2. cor tuum in uiam rectam in qua ()³ ambulasti.

Reuerte uirgo Israhel. reuerte ad ciuitates tuas istas.

Usquequo deliciis dissolueris filia uaga quia creabit dominus nobum super terram. femina circumdabit uirum.

XVIII [CANTICVM].⁴

INCIPIVNT CANTICI DE QVADRAGESIMA.

CANTICVM ESAYE PROPHETE. (ANTIPHONA).⁵

* **C**lama ne cesses dicit dominus. quasi tuba exalta uocem tuam.*

(e)t⁶ adnuntia populo meo scelera eorum. et domui Iacob peccata eorum.

Me enim de die in diem querunt. et scire uias meas uolunt.

Quasi gens que iustitiam fecerit. /et que iudicium dei [f. 93. sui non dereliquerit.

Rogant me iudicia iustitię. adpropinquare deo uolunt.

Quare ieiunabimus et non aspexisti. humiliuimus animas nostras et nescisti.

¹ luctus] on erasure (of *ululatus*?)

² two letters erased.

⁴ Cant. xix] Is. lviii. 1-9, Vulg.

⁵ ANTIPHONA] inserted.

² amaritudines] s inserted.

⁶ rubric initial erased.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Patres nostri peccauerunt et non sunt .(et)¹ nos iniquitates eorum portauimus.

Serui dominati sunt n(ostri)² .et non fuit qui redimeret nos de manibus eorum.

In (anima)bus³ nostris afferabamus† panem nobis . a facie gladii in deserto.

Pellis nostra quasi clibanus exusta est . a facie tempestatum famis.

Mulieres in Syon humiliauerunt .et uirgines in ciuitatibus Iuda.

Principes manu suspensi sunt e facies senum non erubuerunt.

Adulescentibus impudice abusi sunt . et pueri in ligno corruerunt.

Senes de portis defecerunt . iubenēs de coro psallentium.

Defecit gaudium cordis nostri / ()⁴ uersus est in [col. 2. luctu corus noster.

(c)ecidit⁵ coronam† capitis nostri . ue nobis quoniam peccauimus.

Propterea mestum factum est cor nostrum . ideo contenebrati sunt oculi nostri.

Propter montem Syon quia disper()it⁶ . uulpes ambulaberunt per eum.

Tu⁷ autem domine in eternum permane(s)⁸ . et solium tuum in generatione et generatione.

Quare ()⁹ in perpetuum oblibisceris nostri . derelinque(s nos)¹⁰ in longitudine dierum.

Conuerte (nos)¹¹ domine ad te et conuertemur . (in)noua¹² dies nostros sicut a principio.

Sed proiciens reppulisti nos . iratus es contra nos ueementer.

XXI [CANTICVM].¹³

CANTICVM NEEMIE PROPHETE DE LIBRO ESDRE.

ANTIPHONA. *Miserere deus magne terribilis qui custodis pactum et misericordiam diligentibus te et custodientibus mandata tua.*

¹ et] on erasure.

³ animabus] on erasure.

⁵ cecidit] rubric initial altered to small letter.

⁶ erasure of *i*.

⁷ Tu autem] before this verse is inserted in black the mark R[epetitio].

⁸ permanes] *s* on erasure.

⁹ three or four letters erased.

¹¹ nos] interlined.

¹³ Cant. xxi] 2 Esdr. i. 5-11.

² nostri] on erasure.

⁴ erasure of *et*.

¹⁰ derelinques nos] on erasure.

¹² innoua] on erasure.

Queso domine deus cęli fortis magne atque terribilis . qui custodis /pactum et misericordiam cum his qui te [f. 94. diligunt . et custodiunt mandata tua.

Fiat auris tua ()¹ abscultans et oculi tui aperti . ut audias orationem serui tui . queſ ego oro coram te odie nocte et die pro filiis Israhel seruis tuis.

Et confiteor pro peccatis filiorum Israhel ()² quibus peccaberunt tibi . (et)³ ego et domus patris mei.

Peccabimus . uanitate seducti sumus . et non custodiimus mandatum et cerimonias atque iudicia . que precepisti Moysi seruo tuo.

Memento uerbi quod mandasti Moysi famulo tuo dicens . (q)uum⁴ transgressi fueritis ego dispergam uos in populis.

Et si reuert(i)mini⁵ ad me et custodiatis mandata (mea)⁶ . et faciatis ea.

Etiam si adducti fueritis ad extrema cęli inde congregabo uos . et inducam (in locum)⁷ quem elegi . ut habitaret nomen meum ibi.

Et ipsi serui tui et populus tuus . quos redemisti in fortitudine tua magna . et in manu tua ualida.

Obsecro domine sit auris tua (in)tendens⁸ ad orationem serui tui . et ad oratione(s)⁹ seruorum tuorum qui uolunt timere nomen tuum.

Et dirige seruum tuum odie . et da ei misericordiam ante uirum hunc.

XXII [CANTICVM].¹⁰

ORATIO MANASSE REGIS DE LIBRO PARALIPOMENON.

ANTIPHONA. *Peccabi domine peccaui et iniquitatem meam ego agnosco.*

Deus altissimus magnanimis . miserator et multe misericordię . patiens super mala hominum.

Tu ergo domine secundum multitudinem bonitatis tue promisisti indulgentiam et remissionem delinquentibus tibi . /et habundantia misericordie tue statuisti penitentiam [f. 94. b. peccatoribus ad salutem.

Tu ergo domine deus iustorum . non posuisti penitentiam

¹ erasure of about ten letters.

³ et] on erasure.

⁵ reuertimini] *i* on erasure.

⁷ in locum] interlined.

⁹ orationes] altered from *orationem*.

¹⁰ Cant. xvii] Or. Man. 7-15. There is no translation of this book by St. Jerome, but the version in the authorised Vulgate is different from this, which more nearly follows the (original?) Greek text testified to by the Didascalia Apostolorum.

² erasure of *in*.

⁴ quum] *q* in red on erasure.

⁶ mea] replaces an erased word.

⁸ intendens] *in* on erasure.

iustis tuis Abraham Ysaac et Iacob . qui non peccauerunt tibi .
sed posuisti penitentiam mihi peccatori.

Quoniam super numerum arene maris habundauerunt iniquitates mee . et non est declinatio multitudinis delictorum meorum.

Et nunc iuste contineor . (et)¹ digne conprimor percurbat(u)s (in)² multis uinculis ferreis . ad non erigendum caput.

Quoniam non sum dignus aspicere et uidere altitudinem celi .
pre iniustitiis meis.

Quoniam irritabi furorem tuum . et feci malum coram te .
Statuens abominationes . et multiplicans odiositates.

Et nunc flecto genua cordis mei . precans a te bonitatem.

Peccaui domine peccaui . et iniquitatem meam ego [col 2 .
agnosco.

Ne perdas me cum iniquitatibus meis . neque in finem iratus contineas mala mea neque condemnaueris me cum (h)is³ qui sunt in inferiora terre.

Tu es enim deus penitentium . ut in me hostendas bonitatem tuam.

Indignum me saluabis secundum multitudinem misericordie tue . et glorificabo nomen tuum in omni uita mea.

Quoniam te laudat omnis uirtus celorum . et tibi est gloria in secula seculorum.

XXIII [CANTICVM].⁴

CANTICVM TOBI.

* **M**agnus es domine in eternum . et in omnia secula regnum tuum.*

Quoniam tu flagellas et saluas . ducis ad infernum et reducis . et non est qui effugiat manum tuam.

Confitemini domino filii Israhel . et in conspectu gentium laudate eum.

/Quoniam ideo dispersit uos in gentes que ignorant [f. 95 . eum . ut uos narretis mirabilia eius . et faciatis scire eos quia non est alius deus omnipotens preter eum.

Ipse castigabit nos propter iniquitates nostras . et ipse saluabit nos propter misericordiam suam.

Aspicite ergo que fecit uobiscum timore et tremore confitemini illi . regemque seculorum . laudate et exultate⁵ eum in operibus uestris.

Ego autem in terra captiuitatis mee confitebor illi . quoniam hostendit magestatem suam super gentem peccatricem.

¹ et] interlined.

² his] h interline.l.

³ read *exaltate*.

⁴ percurbatus] // on erasure ; // interlined.

⁵ Cant. xxiii] Tob. xiii. 1-10, Vulg.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Da mercedem sustinentibus te. (u)t¹ prophete tui fideles inueniantur et exaudies orationes seruorum tuorum.

Secundum benedictionem Aaron da populo tuo. et dirige nos in uiam iustitie.

(u)t² sciant omnes qui inabitant terram. quia tu es deus conspector seculorum.

XXV [CANTICVM].³

CANTICVM AZARIE DE LIBRO DANIELIS PROPHETE.

ANTIPHONA. *Quecumque domine fecisti nobis uero iudicio fecisti. et hec omnia propter peccata nostra.*

Benedictus es domine deus patrum nostrorum. et laudabilis et gloriosum nomen tuum in secula.

Quia iustus es in omnibus que fecisti nobis. et uniuersa opera tua uera. et uie tue recte. et omnia iudicia tua uera.

/Iudicia enim uera fecisti iuxta omnia que induxisti [f. 96. super nos. et super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Iherusalem.

Quia in ueritate et iudicio induxisti omnia hec. propter peccata nostra.

Peccauimus enim et inique egimus recedentes a te. et deliquimus in omnibus. et precepta tua non audiuimus nec obseruabimus nec fecimus sicut preceperas nobis. ut bene nobis esset.

Omnia ergo que induxisti super nos. et uniuersa que fecisti nobis. uero iudicio fecisti.

Et tradidisti nos in manibus ini(mi)corum⁴ inicorum pessimorum. preuaricatorumque et regi iniusto et pessimo. ultra omnem terram.

Et nunc non possumus aperire os. confusio et obprobrium facti sumus seruis tuis. et his qui colunt te.

Ne quesumus tradas nos in perpetuum /propter nomen [col. 2. tuum. neque dissipes testamentum tuum. neque auferas misericordiam tuam a nobis.

REPETITIO. Propter Abraham dilectum tuum. et Ysahac seruum tuum. et Israhel sanctum tuum quibus locutus es pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stell(e)⁵ celi. et uelut arena que est in litore maris.

Quia domine inminuti sumus plusquam omnes gentes.

¹ ut] // on erasure.

² ut] // on erased rubric initial.

³ Cant. xxv] Dan. iii. 26-45, chiefly Vulg.

⁴ inimicorum] *mi* interlined, probably by the original hand.

⁵ stelle] on erasure.

sumusque humiles in uniuersa terra odie propter peccata nostra.

Et non est in hoc tempore princeps . propheta et dux.

Neque olocaustum . neque sacrificium . neque oblatio . neque incensum . neque locus primitiarum coram te . ut possimus inuenire misericordiam.

Sed in anima contrita . et in spiritu humilitatis suscipiamur . sicut (in)¹ olocaustis arietum et taurorum . et sicut in milibus agnorum pinguium . sic fiat /sacrificium nostrum in [f. 96.b. conspectu tuo odie ut placeat tibi.

Et perface subsequentes te . quoniam non est confusio confidentibus in te.

Et nunc sequimur in toto corde nostro (et)² timemus te . et querimus faciem tuam ne confundas nos.

Sed fac nobiscum secundum mansue(tudinem)³ tuam . et secundum multitudinem misericordie tue . Et erue nos in) mirabilibus tuis . et da gloriam nomini tuo domine.

Confundantur omnes qui hostendunt seruis tuis mala.

Confundantur in omni potentia sua . et robur eorum conteratur.⁴ (

Et scient) quia tu es dominus (deus)⁵ solus . et gloriosus in uniuerso orbe terrarum.

XXVI [CANTICVM].⁶

INCIPIVNT CANTICI DE TRADITIONE DOMINI.

CANTICVM DE LIBRO MACCABEORVM.

ANTIPHONA. *Domine domine deus omnium creator terribilis et fortis iustus et misericors congrega dispersionem nostram liuera eos qui seruiunt gentibus.*

/ Domine domine deus omnium creator . terribilis et fortis [col. 2. iustus et misericors.

Qui solus es rex bonus . solus prestans solus iustus omnipotens (et)⁷ eternus.

Qui liberas Israhel de omni malo . qui fecisti patres electos et sanctificasti eos.

Accipe sacrificium pro uniuerso populo tuo Israhel . et custodi partem tuam et sanctifica.

¹ in] interlined.

² et] interlined later.

³ mansuetudinem...erue nos in] written later over an erasure of about half the length.

⁴ after conteratur a whole line is erased, and *Et scient* is also on erasure.

⁵ deus] interlined.

⁶ Cant. xxvi] 2 Macc. i. 24-29.

⁷ et] interlined.

¹(c)ongrega dispersionem nostram. (L)iuera eos qui seruiunt gentibus. contemtos et abominatos respice. (V)t² sciant gentes quod tu es deus noster.

Afflige conprimentes. et contumeliam facientes in superuia.
Constituere populum tuum in loco sancto tuo. sicut dixit Moyses.

XXVII [CANTICVM].³

CANTICVM IHEREMIE PROPHETE.

ANTIPHONA. *Quasi agnus mansuetus ductus sum ad uictimam.*

/Tu domine demonstrasti mihi. et ego cognoui. [f. 97.
Nunc hostendisti mihi studia eorum. et† saluam fecisti a persequentibus animam meam.†⁴

Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimam.

E(t nunc)⁵ cognoui quia super me cogitauerunt consilia.

Mittamus lignum in pane eius. et eradamus eum de terra uiuentium. et nomen eius non memoretur amplius.

Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste et probas renes et cor()⁶. uideam queso ultionem tuam ex eis. tibi enim reuelabi causam meam.

Iustus quidem tu es domine si disputem tecum. uerumtamen iuxta⁷ loquar ad te.

Quare uia impiorum prosperatur. bene est omnibus qui preuaricantur et inique agunt.

Plantasti eos et radicem miserunt. proficiunt et faciunt fructum.

Prope es tu ori eorum. et longe a renibus eorum.

/Et tu domine nosti me et uidisti me. et probasti cor [col. 2. meum tecum.

Congrega eos quasi gregem ad uictimam. et sanctifica (illos)⁸ in die(m)⁹ occisionis.

XXVIII [CANTICVM].¹⁰

CANTICVM IHEREMIE PROPHETE.

ANTIPHONA. *Tu scis domine recordare mei et tuere me a persequentibus me.*

¹ congrega . . . Liuera] the place of the rubric initial has been altered.

² Vt] rubric initial inserted.

³ et saluam ..meam] intrusive from ps. cviii. 31.

⁴ Cant. xxvii] Jer. xi. 18-20; xii. 1-3, Vulg.

⁵ Et nunc] on erasure.

⁶ cor] erasure of about two letters (*da i*).

⁷ i.e. *iusta*.

⁸ illos] on shorter erasure.

⁹ die] the mark for *m* is in different ink.

¹⁰ Cant. xxviii] Jer. xv. 15-21, Vulg.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Tu autem domine scis omne consilium eorum . aduersum me in morte.

Ne propitieris iniquitati eorum . et peccatum eorum a facie tua non deleatur.

Fiant corruentes in conspectu tuo . in tempore furoris tui abutere eis.

XXX [CANTICVM].¹

CANTICVM IHEREMIE PROPHETE.

ANTIPHONA. *Domine qui me persequuntur /corruant [f. 98. et infirmi fiant.*

Seduxisti me domine et seductus sum . fortior me fuisti et inualuisti.

Factus sum in derisu tota die . omnes subsannabant me.

Quia iam olim loquor uociferans iniquitatem . et uastitatem clamito.

Et factus est mihi sermo domini in opprobrium . et in derisu tota die.

Et dixi non recordabor eius . neque loquar ultra in nomine illius.

Et factus est in corde meo quasi ignis exestuans . claususque in ossibus meis . et defeci ferre non sustinens.

Audibi enim contumelia()² multorum . et terrorem in circuitu.

Persequimini et persequamur eum ab omnibus uiris qui erant pacifici mei . et custodientes latus meum.

Si quo modo decipiamus³ et preualeamus aduersus eum . et con/sequamur ultionem ex eo. [col. 2.

Dominus autem mecum est quasi bellator fortis . idcirco qui persequuntur me cadent et infirmi erunt.

Confundantur uehementer . quia non intellexerunt obprobrium sempiternum . quod numquam deleuitur.

Et tu domine exercituum probatur⁴ iusti . qui probas renes et cor uideam queso ultionem tuam ex eis . tui enim reuelabi cor ()⁴ meum.

XXXI [CANTICVM].⁵

CANTICVM IHEREMIE PROPHETE.

Contritum est cor meum in medio mei . contremuerunt omnia ossa mea.

¹ Cant. xxx] Jer. xx. 7-12, Vulg.

² decipiamus] *mus* on erasure ; *decipiatur*, Vulg.

³ erasure of about six letters.

⁴ Cant. xxxi] Jer. xxiii. 9-12, Vulg.

⁵ contumelia] , erased.

Factus sum (sicut)¹ uir hebrius. et quasi homo madidus a uino.
A facie domini et a facie uerborum sanctorum eius.

Quit² adulteriis repleta est terra. quia a facie maledictionis
luxit terra arefacta /sunt arua deserti. [f. 98.b.

Factus est cursus eorum malus. et fortitudo eorum
dissimilis.

Propheta namque et sacerdos polluti sunt. et in domo mea
inueni malum eorum ayt dominus.

Idcirco uia eorum erit quasi lubricum in tenebris.

Ynpellentur enim et corruent in ea.

Afferam enim super eos mala. annum uisitationis eorum.
ayt dominus.

XXXII [CANTICVM].³

CANTICVM MICEE PROPHETE.

• **N**olite credere amico et nolite confidere in duce⁴. (et⁵
a)b⁶ ea que dormit in sinu tuo. custodi claustra oris tui.

Quia filius contumeliam facit patri. filia consurgit aduersus
matrem suam. et nurus (contra)⁷ socrum suam. ()⁸ inimici
hominis domestici eius.

Ego ()⁹ ad dominum aspiciam. expectabo deum salua-
torem meum. audiet me deus /meus. [col. 2.

Ne leteris inimica mea super me. quia cecidi consurgam.

Quum sedero in tenebris dominus lux mea est. iram domini
portabo quoniam peccabi ei.

Donc iudicet causam meam. et faciet iudicium meum. ()¹⁰
(E)ducet¹¹ me in luce. uidebo iustitiam eius.

Et aspiciet inimica mea. et operietur confusione. qu(i)¹² dicit
ad me ubi est dominus deus tuus.

XXXIII [CANTICVM].¹³

CANTICVM EZECIELIS PROPHETE.

ANTIPHONA. • Effundam super uos aquam mundam dicit
dominus et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. •

Tollam uos de gentibus et congregabo uos de uniuersis terris.
et adducam uos in terram uestram.

¹ sicut] on erasure; *quasi*, Vulg.

² read *quia*.

³ Cant. xxxii] Mich. vii. 5-10, Vulg.

⁴ duce] added in the marg. with neums **quia inimici hominis domestici eius*.*

⁵ et] inserted.

⁶ ab] on erased rubric initial.

⁷ contra] on erasure.

⁸ erasure of two or three letters.

⁹ erasure of about five letters.

¹⁰ erasure of one or two letters.

¹¹ Educet] rubric initial inserted.

¹² qui] *i* on erasure, read *quae*.

¹³ Cant. xxxiii] Ezech. xxxvi. 24-28, Vulg.

E(t effundam super uos aquam)¹ mundam .et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris .et ab uniuersis ydolis uestris mundabo uos.

Et dabo uobis cor nobum .et /spiritum nobum ponam [f. 99 in medio uestri.

Et auferam cor lapideum de carne uestra .et dabo uobis .et spiritum meum ponam in medio uestri.

Et faciam ut in preceptis meis ambuletis .et iudicia mea custodiatis et oper(a)mini.²

Et habitabitis in terram quam dedi patribus uestris .et eritis mici in populum .et ego ero uobis in deum.

XXXIII [CANTICVM].³

INCIPIVNT CANTICI DE RESVRRECTIONE DOMINI.

CANTICVM IACOB DE LIBRO GENESIS.

ANTIPHONA. *Ad predam domine ascendisti requiescens accubuisti ut leo ex uirtute tua suscitatus es.*

Iuda te laudabunt fratres tui .manus tuę in ceruicibus inimicorum tuorum.

(a)dorabunt⁴ te filii patris tui .catulus leonis Iuda.

Ad predam fili mi ascendisti requiescens accubuisti ut leo .
()⁵ /et quasi leena qu(em)†⁶ suscitabit [col. 2. eum.

Non auferetur sceptrum de Iuda .nec dux de femoribus eius donec ueniat qui mittendus est .et ipse erit expectatio gentium.

Ligans ad uineam pullum suum .et ad uitem o fili mi asinam suam.

Lauabit (in)⁷ uino stolam suam .et ()⁸ sanguine ube pallium suum.

Pulciores oculi eius uino .et dentes lacte candidiores.

Sedit in forti arcus eius .et dissoluta sunt uincula brachiorum eius .et manu(s)⁹ illius per manu(s)⁹ potentis Iacob .inde pastor egressus est lapis Israhel.

Deus patris tui erit adiutor tuus .et omnipotens benedicet tibi.

¹ Et...aquam] on erasure.

³ Cant. xxxiv] Gen. xlix. 8-12, 24-26, Vulg.

⁴ adorabunt] rubric initial erased.

⁵ leo] a short line is here erased.

⁷ in] interlined.

⁹ manus] s on erasure.

² operamini] a on erasure.

⁶ quem] on erasure of *qui, quis*, Vulg.

⁸ after et] erasure.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

XXXVI [CANTICVM].¹

CANTICVM ESAYE PROPHETE.

ANTIPHONA. *Saluabi mici bracium meum et iustitia mea ipsa auxiliata est mici.*

Quis est iste qui uenit de Edom . tinctis uestibus de Bosra.
Iste formosus in stola /sua gradiens . in multitudine [f. 100.
fortitudinis sue.

Ego qui loquor iustitiam . et propugnator sum ad saluandum.

Quare ergo rubrum est indumentum tuum . et uestimentum tuum sicut calcantium in torculari.

Torcular calcaui solus . et de gentibus non est uir mecum.

Calcaui eos in furore meo . et conculcaui eos in ira mea . et adsparsus est sanguis eorum super uestiment(a mea . et omnia)² indumenta mea inquinabi.

Dies enim ultionis in corde meo . annus redemptionis mee uenit.

Circumspexi et non erat auxiliator . quesibi et non fuit qui adiubaret.

(S)aluabi³ mici bracium meum . et iustitia mea ipsa auxiliata est mihi.

Conculcaui populos in furore meo . et inebriaui eos in indignatione mea . et detraxi in terra /uirtutem eorum. [col. 2.

XXXVII [CANTICVM].⁴

CANTICVM ESAYE† PROPHETE.

ANTIPHONA. *Tamquam de somno suscitatus sum et uidi et somnus meus dulcis mici.*

Hec dicit dominus exercituum deus Israhel . adhuc dicent uerbum [i]stud in terra Iuda et in urbibus eius . quum conuertero captiuitatem eorum.

Benedicat tibi dominus pulcritudo iustitie . mons sanctus.

(E)t⁵ habitabunt in eo Iudas . et omnes ciuitates eius simul agricole et minantes greges.

Quia inebriaui animam lassam . et omnem animam esurientem saturabi.

Ideo quasi de somno suscitatus sum et uidi . et somnus meus dulcis mihi.

¹ Cant. xxxvi] Is. lxiii. 1-6. Vulg.

² uestimenta...omnia] on erasure of eight or nine letters.

³ Saluabi] rubric initial on erasure.

⁴ Cant. xxxvii] Jer. xxxi. 23-28, Vulg.

⁵ et] on erasure.

Ecce dies ueniunt dicit dominus . et seminabo domum Israhel et domum Iuda semine hominis et semine iumentorum.

Et sicut uigilabi super eos ut euellerem et demolirem /et dissiparem et disperderem et affligerem . sic uigilabo [f. 100.b. super eos ut edificem et plantem ayt dominus.

XXXVIII [CANTICVM].¹

CANTICVM OSE PROPHETE.

ANTIPHONA. *Viuificabit nos (dominus)² post duos dies die tertia suscitauit nos et uiuemus.*

Venite reuertamur ad dominum . quia ipse cepit et sanauit nos . percutiet et curabit nos.

Viuificabit nos post duos dies . (in)³ die tertia suscitauit nos . et uiuemus in conspectu eius. (S)ciamur†⁴ sequimurque ut cognoscamus dominum.

Quasi diluculo preparatus est egressus eius . et ueniet nobis quasi imber temporaneus et serotinus terre.

Quid faciam tibi Efraym . quid faciam tibi Iuda.

Misericordia uestra quasi lux matutina . et quasi ros mane pertransiens.

/Propter hoc dolauit in prophetis et occidi eos in uerbis [col. 2. oris mei . et iudicia tua quasi lux egredientur.

Quia misericordiam uolui et non sacrificium . et scientiam dei plusquam olocausta.

XXXVIII [CANTICVM].⁵

CANTICVM SOFFONIE PROPHETE.

Expecta me dicit dominus . in diem resurrectionis mee in futurum.

Quia iudicium meum ut congregem gentes . et colligem regna.

(U)t⁶ effundam super e(os)⁷ indignationem meam . et omnem iram furoris mei.

(I)n⁸ igne enim zel(us)†⁹ mei deuorabitur omnis terra. (Q)uia¹⁰ tunc reddam populis labium electum . ut uocent omnes in nomine domini et seruant ei humero uno.

¹ Cant. xxxviii] Os. vi. 1-6, Vulg.

² dominus] interlined.

³ in] interlined.

⁴ Sciamur] read *sciemus sequemurque*. The rubric initial is on erasure.

⁵ Cant. xxxix] Soph. iii. 8, Vulg. The antiphon is inserted by a later hand in the bottom margin, **Expecta me in diem resurrectionis mee*.*

⁶ Ut] on erasure.

⁷ eos] on longer erasure.

⁸ In] on erasure.

⁹ zelus] *us* written over *i*.

¹⁰ Quia] rubric initial on erasure.

Ultra flumina Eziopie inde supplices mei . filii dispersorum
meorum deferent munus mici.

Yn die illa non confunderis/¹

* * *

[XLIII CANTICVM].²

/ * **B**enedictus uir qui confidit in domino . et erit dominus [f. 101.
fiduci(a)³ eius. *

Et erit taquam† lignum quod (trans)plantatur⁴ (super
aquas)⁵.

Quod ad humorem mittit radices suas . et non timebit dum
ucnerit estus.

Et erit folium eius uiride (et)⁶ in tempore siccitatis non erit
sollicitus . nec aliquando desinet facere fructum.

Sana me domine et sanabor saluum me fac et salbus ero .
quia laus mea et uirtus mea tu es.

Ecce ipsi dicunt ad me ubi est uerbum domini ueniat . et ego
non sum turbatus.⁷

Te pastorem sequens . et diem hominis non concupibi tu
scis.

(Q)uod⁸ egressum est de labiis meis . rectum in conspectu tuo
fuit.

Non si(s)⁹ mici formidini† . spes mea /()¹⁰ in die [col. 2.
afflictionis ()¹⁰.

Confundantur qui me persecuntur et non confundar ego.

Paueant illi . et non pabeam ego.

Induc super eos diem afflictionis . et du(p)plici¹¹ contritione
contere eos.

XLIIII [CANTICVM].¹²

CANTICVM IHESV FILII SYRAC.

* **E**cce serbus meus suscipiam eum electus meus dicit dominus .
conplacuit sibi in illo anima mea. *

Dedi spiritum meum super eum . iudicium gentibus profert.

Non clamabit neque accipiet personam . nec audietur foris
uox eius.

¹ after f. 100 a leaf is wanting.

² fiducia] an *m* mark is erased.

³ super aquas] on a longer erasure.

⁴ trans] inserted.

⁵ et] interlined.

⁶ et] interlined.

⁷ turbatus] written vertically in the margin, but by the original hand and not apparently as a correction.

⁸ Quod] Q on larger erasure.

⁹ sis] s on erasure ; read *formidini*.

¹⁰ erasures.

¹¹ duplici] *p* interlined.

¹² Cant. xlii]. By a scribe's blunder this and the following canticle have been transposed, while the title here is left as in the original arrangement (cf. Lorenzana). This is therefore Is. xlii 1-4, Vulg.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Videte oculis uestris quoniam modice /laborabi . et [f. 102. inueni mici multam requiem.

Adsumite disciplinam in multo numero argenti . et copiosum aurum possidete in ea.

Letetur anima uestra in misericordia eius . et non confundemini in laudem†¹ ipsius.

Operamini opus uestrum ante tempus . et dabit uobis mercedem (uestram)² in tempore suo.

XLVI [CANTICVM].³

CANTICVM SAPIENTIE SALOMONIS.

Beatus uir qui inuentus est sine macula . et qui post aurum non habiit nec sperabit in pecunia et tesauros.†⁴

Quis est iste laudauimus eum . fecit enim mirabilia in uita sua.

Quis probatus est in illo . et perfectus inuentus est . et erit illi gloria eterna.

Qui potuit transgredi et non est transgressus . et facere mala et non fecit.

Ideo stabilita sunt bona illius in domino . et elemosinas illius /enarrabit eclesia sanctorum. [col. 2.

XLVII [CANTICVM].⁵

CANTICVM DE EVANGELIO SECUNDUM LVCAM.

ANTIPHONA. *Tu puer propheta altissimi uocaberis preibis enim ante faciem domini preparare uias eius ad dandam scientiam salutis pleui eius.*

Benedictus dominus deus Israhel . quia uisitabit et fecit redemptionem pleui sue . (E)t⁶ erexit cornu salutis nobis in domo Daud pueri sui.

Sicut locutus est per ()os⁷ sanctorum prophetarum suorum qui a seculo sunt.

Salutem de inimicis nostris . et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris . et memorar(e)†⁸ testamenti sancti sui.

Iusiurandum quod iurabit ad Abraham patrem nostrum daturum se ()⁹ nobis . ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liuerati.

¹ read *laude*.

³ Cant. xlvij] Ecclus. xxxi. 8-11. No antiphon.

⁵ Cant. xlvii. Luc. i. 68-79, Vulg.

⁷ os] erasure of one letter.

⁹ erasure of two or three letters.

² uestram] interlined.

⁴ read *thesauris*.

⁶ Et] small initial rubricated.

⁸ / altered to *c*.

(s)eruiamus¹ illi in sanctitate et iustitia /coram [f. 102.b. ipso()² omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi uocaberis. preibis enim ante faciem domini parare uias eius.

Ad dandam scientiam salutis pleui eius . in remissione peccatorum.

Per uisceram†³ misericordie dei nostri . in quibus uisitabit nos oriens ex alto.

Inluminare (e)is⁴ qui in tenebris sunt et umbre mortis sedent . ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.

XLVIII [CANTICVM].⁵

DE VNA VIRGINE.

CANTICVM ESAYE PROPHETE.

ANTIPHONA. *Gaudens gaudebo (in)⁶ domino . et exultauit anima mea in deo meo.*

Gaudens gaudebo in domino . et exultauit anima mea in deo ()⁷ meo.

Quia induit me uestimentum salutis . et indumentum iustitie circumdedit me.

Quasi sponsum decoratum , /corona()⁸ . et quasi [col. 2. sponsam ornatam munilibus suis.

Sicut enim terra profert germen suum . et sicut or()⁹ tus⁹ semen suum germinat . sic dominus deus germinauit iustitiam et laudem coram uniuersis gentibus.

Propter ()¹⁰ Syon non tacebo et propter Iherusalem non quiescam.

Donec egrediatur ut splendor iustus eius . et saluator eius ut lampas accendatur.

Et uidebunt gentes iustum tuum . et cuncti reges terre inclitum tuum.

Et uocabitur tibi nomen nobum . quod os domini nominabit.

Et cri(s)¹⁰ corona glorie in manu domini . et diadema regni in manu dei tui.

Non uocaueris ultra derelicta . et terra tua non uocabitur amplius desolata.

Sed uocaberis uoluntas mea in ea . et terra tua inhabita-
(bitur).¹¹

¹ seruiamas] rubric initial erased.

² read *uiscera*.

³ Cant. xlviii] Is. lxi. 10-lxii. 7, Vulg.

⁴ erasure of about six letters.

⁵ about two letters erased in each case.

⁶ inhabitabitur] *bitur* added ; read *ta*.

⁷ ipso] one letter erased.

⁸ eis] *e* on erasure of *h*.

⁹ in] interlined.

¹⁰ one letter erased.

¹¹ eris] *s* on erasure.

/Quia conplacuit domino in te. et terra tua inhabitabitur. [f. 103.
Habitabit enim iubenis cum uirgine . et habitabunt in te filii
tui.

Et gaudebit sponsus super sponsam suam . et gaudebit super
te dominus deus tuus.

Super muros tuos Iherusalem . constitui custodes.

(t)ota¹ die et tota nocte . in perpetuum non tacebunt.

Qui reminiscimini domino ne taceatis . et ne detis silentium ei.

(d)onec² stabiliat . et donec ponat Iherusalem laudem in terra.

XLVIII [CANTICVM].³

CANTICVM SOFFONIE PROPHETE.

ANTIPHONA. L⁴

Lauda filia Syon iubila Israhel . letare et exulta in omni corde
filia (Iherusalem).⁵

Abstulit dominus iudicium tuum . auertit inimicos tuos.

Rex Israhel dominus in medio tui non /timebis [col. 2.
malum ultra.

In die illa dicetur Iherusalem . noli timere Syon non
dissoluantur manus tue.

Dominus deus tuus in medio tui . fortis ipse saluabit.

Gaudebit super te in letitia . silebit in dilectione tua . et
exultabit super te in laude.

Nugas qui a lege recesserant . congregabo qui()⁶ ex te
e(rr)ant⁷ ut non ultra habcas super eos obprobrium.

Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te . in tempore illo.

Et saluabo claudicantem . et cam que eiecta fuera()⁸
congregabo.

Et ponam eos in laudem (et)⁹ in nomen . ()¹⁰ in omni
terra confusionis eorum.

In tempore illo quod adducam uos . et ()¹¹ tempore quo
congregabo uos.

Dabo enim uos in nomen et in laudem omnibus populis
terre . quum /conuertero captiuitatem ()¹² uestram . [103.b.
coram oculis uestris dicit dominus ()¹³.

¹ tota] rubric initial erased.

³ Cant. xlix] Soph. iii. 14-20, Vulg.

⁴ Antiphon] two lines left blank.

⁶ qui] a erased.

⁸ fuerat] one letter erased.

¹⁰ after nomen] about five letters erased.

¹² about two letters erased.

¹³ after dominus] deus (?) erased, not written in the orig. hand (?).

² donec] rubric initial erased.

⁵ Iherusalem] on erasure.

⁷ errant] rr on a single r erased.

⁹ et] interlined.

¹¹ /// erased.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Nunc ergo domine deus Israhel imple seruo tuo Daud patri meo . quecumque locutus es dicens.

Non deficiet ex te uir coram me . qui sedeat super tronum Israhel.

Ita tamen si custodierint filii tui uias (suas)¹ et ambulauerint in lege mea sicut et tu ambulasti coram me.

Et nunc domine deus Israhel firmetur sermo tuus . que(m)² locutus es seruo tuo Daud.

Ergone credibile est ut habitet deus . cum hominibus super terram.

Si cælum et celi celorum non te capiunt . quanto magis domus ista quam edificabi.

Sed ad hoc tantum fact(a)³ est ut respicias adorationem serui tui . et obsecrationem eius.

Domine deus meus (ut audias)⁴ preces quas fundit famulus tuus coram te.

(u)t⁵ aperias ocul(os) tu(os)⁶ super domum istam diebus ac noctibus . /super locum in quo pollicitus es ut inuocaretur [col. 2. nomen tuum . et exaudi(res)⁷ oratione(s)⁸) qua(m)⁹ seruus tuus orat in eo.

Exaudi preces famuli tui et populi tui Israhel . qu(e)cumque¹⁰ orauerint in loco isto.

Exaudi de hautaculo sancto tuo idest de cælis . et propitiare . tu es enim deus meus.

Aperiantur queso oculi tui . et aures tue intente sint . ad orationem que fit in loco isto.

Nunc igitur consurge domine deus in requiem tuam . tu et arca (fortitudinis)¹¹ tue.

Sacerdotes tui domine deus induantur iustitia . et sancti tui letentur in bonis.

D(omine)¹² deus ne auertas faciem christi tui . memento misericordiarum . (et)¹³ Daud serui tui.

LIII [CANTICVM].¹⁴

CANTICVM BALAHAM DE LIBRO NUMER(I).¹⁵

Adsumpta parabola sua /dixit Balaham . De Aran [f. 104.b. adduxit me Bala()ac¹⁶ . rex Mohabitarum de montibus orientis.

¹ suas] on erasure.

² facta] a on erasure.

³ ut] rubric initial erased.

⁴ exaudires] erasure of as?

⁵ orationes] altered from oratione/// followed by five or six letters erased.

⁶ quam] /// on erasure.

⁷ fortitudinis] on erasure, in different ink.

⁸ et] interlined.

⁹ NUMERI] I on erasure.

¹⁰ quem] /// deleted in red.

¹¹ ut audias] interlined over a shorter erasure (audi?)

¹² oculos tuos] corrected from *oculus tuus*.

¹³ quecumque] e written over i.

¹⁴ Domine] on erasure.

¹⁵ Cant. liii] Num. xxiii. 7-10, 19, Vulg.

¹⁶ Balaac] one letter erased.

Veni inquit et maledic Jacob . prope et detestare Israhel.

Quomodo maledicam cui non maledixit deus . (aut)¹ qua
ratione detest(or)² . quem deus non detestatur.

De summis silicibus uidebo eum . et de collibus considerabo
illum.

Populus solus habitabit . (et)³ inter gentes non reputabitur.

Quis dinumerare possit pulberem Jacob . et nosse numerum
stirpis Israhel.

Moriatur anima mea morte iustorum . et fiant nobissima mea
horum similia.

Non est deus sicut homo ut mentiatur . nec ut filius
hominis ut mutetur.

LIIII [CANTICVM].⁴

CANTICVM DE LIBRO TOBI.

/ANTIPHONA. *Anima mea benedicet dominum [col. 2.
regem magnum qui liuerabit Iherusalem et edificabitur iterum
domus eius.*

Luce clara fulgebis . in omnibus finibus terre.
Nationes multe de longinquo uenient tibi . et habitatores
a nobissimis partibus terre . ad nomen domini dei sui.⁵

Et munera sua in manibus habentes regi celorum offerunt
cum letitia . et nomen domini magnum erit in omnibus seculis
seculorum.

Maledicti omnes qui spernunt te . et omnes qui blasfemant te.

Maledicti omnes qui oderunt te . et omnes qui dixerunt in
te uerbum durum.

Maledicti omnes qui deponunt te et omnes qui dextruunt
muros tuos . et omnes qui subuertunt tures tuas . et omnes qui
succendunt habitationes tuas.

Et benedicti erunt in te omnes . qui edificant te in eternum.⁶

* * * * *

[LVIII CANTICVM].⁷

/INCIPIVNT CANTICI DE COTIDIANO. [f. 105.

CANTICVM DE LIBERT EXODI.

* **C**antemus domino gloriose enim honorificatus est.*
E(qum)⁸ et ascensorem . proiecit in mare.

¹ aut] deleted in red and erased.

² detestor] or on *er* erased.

³ et] deleted in red and erased.

⁴ Cant. liv] Tob. xiii. 13-16, 'Roman' or Prehieronymian not Vulg. but differing
also from the S. Germain text though both belong to the recension of the text given
by the Sinaiticus, not that of the Vaticanus.

⁵ sui] marg. correction *iii*.

⁶ after f. 104 a leaf is missing.

⁷ Cant. lviii] Exod. xv. 1-19, 'Roman' or Prehieronymian ? cf. Sabatier.

⁸ Equm] written over *Equum*.

Adiutor et protector meus dominus . et factus est michi in salute.

Hic deus meus et honorificabo eum . deus patris mei et exaltabo eum.

Dominus conterens bella . dominus nomen est ei.

(C)urrus¹ Pharaonis et exercitum eius proiecit in mare.

Electos ascensores . ternos strantes² dimersit in rubro mari()³

Pelagus quooperuit eos . dimersi sunt in profundum tamquam lapis.

Dextera tua domine glorificata est /in uirtute . [col. 2. dextera manus tue† confregit inimicos . et pre multitudine magestatis tue . conteruisti aduersarios.

Misisti iram tuam et comedi(t)⁴ eos tamquam stipulam . et pre spiritu iracundie tue diuisa est aqua.

Steterunt tamquam murus aque . gelauerunt fluctus in medio mari.

Dixit inimicus persequens comprehendam partibus spolia replebo animam meam . interficiam gladio meo et dominauitur manus mea.

Misisti ()⁵ spiritum tuum et quooperuit eos mare . dimersi sunt in profundum tamquam plumbum in aqua ualidissima.

Quis similis tibi in diis domine . quis similis tibi honorificus in sanctis . mirabilis in magestatibus faciens prodigia.

Extendisti dexteram tuam . /et deuorabit eos [f. 105.b. terra(m).⁶

Gubernasti iustitia(m)⁶ tua(m)⁶ populum tuum . hunc quem liuerasti.

REPETITIO. Consolatus es uirtute tua . in refectione sancta (tua).⁷

Audierunt gentes et irate sunt . dolores adprehenderunt (in)habitantes⁸ Filistim.

Tunc festinaberunt duces Edom . et principes Moabitum adprehendit eos timor.

Tabuerunt omnes inhabitantes Canaan.

Decidat super eos timor et tremor . magnitudinis brachii tui.

Fiant tamquam lapis donec transeat populus tuus domine . usquedum pertranseat populus tuus hunc quem liuerasti.

REPETITIO. Induc et planta eum in montem hereditatis tue in preparata habitatione tua quam preparasti tibi domine.

Sanctuarium tuum domine . quod preparaberunt manus tue.

¹ Currus] rubric initial on erasure.

² read *stantes*.

⁴ comedit] / interlined.

⁶ terram] *m* deleted in red, so in the next two cases.

⁷ tua] on erasure.

³ mari] a letter erased?

⁵ erasure (iram tuam?)

⁸ inhabitantes] *in* added.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Vrbs fortitudinis nostre saluator . ponetur in ea murus et [col. 2 ante muralem.]¹

Aperite portas ingrediatur gens iusta . custodiens ueritatem uetus error hab(i)it.²

Seruabis pacem . pacem quia in te sperabimus.

Sperastis in domino in seculis eternis . in domino deo forti in perpetuum.

Quia incurbabit habitantes in excelso . ciuitatem sublimem humiliavit.

Humiliauit eam usque ad terram . detraet eam usque ad puluerem.

Conculcabit eam pes . pedes pauper(is)³ gressus egenorum.

Semita iusti recta (est)⁴ rectus callis iusti ad ambulandum.

(Et)⁵ in semita iudiciorum tuorum . (domine sustinuimus te) nomen tuum et memoriale tuum . in desiderio anime.

Anima mea d(esiderabit te in nocte)⁶ . sed et spiritus meus in precordiis meis /de mane uigilabo ad te. [f. 106.b.]

Quum feceris iudicia tua in terra iustitiam discent habitatores (orbis).⁷

Misereamur impio et non disce(t)⁸ . iustitiam. (I)n⁹ terra sanctorum inique gessit . et non uidebit gloria[†] domini.

Domine exaltetur manus tua et non uideant. (V)ideant⁹ et confundantur . zelantes populi . et ignis ostes tuos deuoret.¹⁰

LXI [CANTICVM].¹¹

CANTICVM ESAYE PROPHETE.

• **A**udite qui longe estis que fecerim dicit dominus . et cognosci(te bicini)¹² fortitudinem meam. •

Conterriti sunt in Syon peccatores . possedit timor ypocritas.

Quis poterit hautare de uobis cum igne deuorante . aut quis habitabit ex uobis cum ardoribus sempiternis.

Qui ambulat in iustitiis et loquitur ueritatem . qui proicit abaritiam (et)¹³ calumniam . et excutit manus /suas ab [col. 2 omni munere.

¹ read *antemurale*.

² pauperis] *is* on erasure.

³ et] added, with black initial, in the marg.

⁴ domine sust. te] on erasure, so apparently *desiderabit te in nocte*.

⁷ orbis] on erasure.

² abiit] *i* interlined.

⁴ est] on erasure.

⁸ discet] *l* on erasure.

⁹ In terra and Videant] Rubric initials on erasures.

¹⁰ deuoret] a marginal note of later date adds here, *Canticum Domine davis pacem nobis perquire ii folia* and a cross. The reference is to a lost folio containing Is. xxvi. 12-20, Cant. lviii. in Lor.

¹¹ Cant. lxi] Is. xxxiii. 13-22, Vulg.

¹² cognoscite uicini] on shorter erasure.

¹³ et] on erasure.

Qui obdurat aures suas ne audiat sanguinem . et claudit oculos suos ne uideat malum.

Iste in excelsis habitabit munimenta saxorum sublimitas eius . panis ei datus est aque eius fideles sunt.

Regem in decore suo uidebunt.

Oculi eius cernent terram de longe . cor tuum meditabitur timore()¹

Vbi est litteratus ubi legis uerba ponderans . ubi doctor paruulorum.

Populum inp(ruden)tem² non uidebis populum altis³ sermonis ita ut non possis intelligere dissertitudinem lingue eius in qu(a)⁴ nulla est sapientia.

Respice Syon ciuitatem sollemnitatis nostre oculi tui uidebunt Iherusalem . abitationem opulentam.

Tauernaculum quod nequaquam transferri poterit . nec auferentur clauis eius in sempiternum . et omnes funiculi eius non rumpentur.

Quia solummodo ibi (est)⁵ magnificus dominus noster [f. 107. locus flubiorum riui latissimi et patentis.

Non transibit per e(u)m⁶ nabis remigum . neque trieris magna transgredietur eum.

Dominus enim iudex noster dominus legifer noster . dominus rex noster ipse saluabit nos.

LXII [CANTICVM].⁷

CANTICVM IONEE PROPHETE.

ANTIPHONA. •Quecumque uobi()⁸ reddam tibi salbatori meo domino. •

Clamabi de tribulatione mea ad dominum . et exaudibit me.

De uentre inferni clamabi . et exaudibit uocem meam.

Et proiecisti me in profundum in corde maris . et flumen circumdedit me.

Omnes gurgites tui et fluctus tui super me transierunt . et ego dixi abiectus sum a conspectu oculorum tuorum.

Verumtamen rursus uidebo templum sanctum tuum.

/Circumdederunt me aque usque ad animam . abyssus [col. 2. uallabit me pelagus quoperuit caput meum.

Ad extrema montium descendi terre uectes concluserunt me in eternum.

Et subleuabis de corruptione uitam meam.

¹ timore] w mark erased.

² read *etri*.

³ est] interlined.

⁷ Cant. lxii] Jon. ii. 3-10, Vulg. Adjoining the rubric a marg. note has been erased.

² imprudentem] on erasure.

⁴ qua] a altered to o.

⁶ eum] corr. from *eum*.

⁸ uobi] s erased.

Domine deus meus cum angustiaretur in me anima mea. domini mei recordatus sum et ueniet oratio mea. ad templum sanctum tuum.

Qui custodiunt uanitate(s)¹. frustra misericordiam suam dereliquerunt.

Ego autem (in)² uoce laudis (et confessionis immo) labo³ tibi. quaecumque uobi reddam pro salute domino.

LXIII [CANTICVM].⁴

CANTICVM DE LIBERT[†] ESDRE.

ANTIPHONA. *Miserere domine his qui non habent substantiam bonorum operum.*

Domine qui habitas in eternum. cuius oculi elati. et superiora in aera.

Cuius tronus inextimabilis. et gloria /inconpre- [f. 107.b. hensibilis.

Cui adstat omnis exercitus angelorum cum tremore. quorum ()⁵ seruatio in uento et igni conuertitur.

Cuius uerbum firmum. et dicta perseuerantia.

Cujus dispositio fortis. et iussio terribilis.⁶

Cuius aspectu(s)⁷ arefecit abissos. et indignatio tabescere montes et ueritas testificatur.

Exaudi domine orationem serui tui auribus percipe deprecationem figmenti tui intende uerba mea.

Dum enim uibo loquar. et dum sapio respondeam.

Ne aspicias populi tui delicta. sed qui tibi in ueritate scruiuerunt.

Neque adtendas impie gentium studia. set qui tua testamenta cum doloribus custodierunt.

Neque cogites qui in conspectu tuo false conuersati sunt. set memorare qui ex uoluntate tuum timorem cognouerunt.

/Neque uolueris perdere qui pecodum mores habuerunt. [col. 2. sed respicias (super)⁸ eos qui legem tuam splendide docuerunt.

Neque indigneris eis qui bestiis peius sunt iudicati. sed diligas eos qui semper in gloria tua confiderunt.

Quoniam nos et patres nostri talibus moribus egimus. tu autem propter nos peccatores misericors uocatus es.⁹

Si enim decreberis ut nostri miserearis. tunc misericors uocaberis.

¹ uanitates] s on erasure.

² in] on erasure of *um*?

³ et confessionis immolabo] on shorter erasure (about four letters).

⁴ Cant. lxiii] 4 Esdr. viii. 20-35 (verse 36 lost).

⁵ erasure of one or two letters.

⁶ terribilis] written vertically.

⁷ aspectus] s inserted.

⁸ super] interlined.

⁹ uocatus es] written vertically.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Numquid sunt ()¹ sculptilibus² gentium qui pluant aut celi possunt dare ymbres.

Nonne tu es domine deus noster quem expectauimus. tu enim fecisti omnia hec.

LXXI [CANTICVM].³

CANTICVM MOYSI DE LIBRO DEUTERONOMIUM.

ANTIPHONA. *Miserere domine pleui tue et ne despicias hereditatem tuam quam redemisti.*

Domine deus ne disperdas populum tuum . et hereditatem tuam quam redemisti in magnitudine tua quos eduxisti de Egypto in manu forti.

Recordare seruorum tuorum Abraham Ysaac et Iacob.

Ne aspicias duritiam populi huius . et impietatem atque peccatum.

Ne forte dicant habitatores ()⁴ de qua eduxisti nos . (n)on poterat dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis . et oderat illos.

Idcirco eduxit (ut)⁵ interficeret (eos)⁶ in solitudine.

/Qui sunt populus tuus et hereditas tua . quos [f. 108.b. eduxisti in fortitudine tua magna . et in bracio tuo extento.

LXXII [CANTICVM].⁷

CANTICVM IOSAFAT DE LIBRO PARALIPOMENON.

Domine deus patrum nostrorum tu es deus in celo . et dominaris cunctis regnis gentium.

In manu tua est fortitudo et potentia . nequisquam tibi potest resistere.

Nonne tu domine deus noster interfecisti omnes habitatores terre huius quoram populo tuo Israhel . et dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum.

Habitaberuntque in ea et (ex)truxerunt⁸ in illa sanctuarium nomini tuo dicentes

Si inruer(in)t⁹ super nos mala gladii iudicii pestilentię et fam(i)s.¹⁰

¹ erasure of *in*.
altered as in text.

² sculptilibus] originally written sciuptilibus (?) and
³ Cant. lxxi] Deut. ix. 26-29, Vulg.

⁴ the erasure looks like *eius* : *terre* is added in the margin.

⁵ *ut*] on erasure.

⁶ *cos*] deleted in red and *illos* substituted in the marg.

⁷ Cant. lxxii] 2 Paralip. xx. 6-10, 12, Vulg.

⁸ *extruxerunt*] two or three letters erased and *ex* substituted in marg.

⁹ *inruerint*] *i* on erasure.

¹⁰ *famis*] *i* altered to *e*?

Stabimus¹ coram te in domo hac in conspectu tuo in qua inuocatum est nomen tuum.

(e)t² clamabimus ad te in tribulationibus nostris . et [col. 2. exaudies salbosque facies.

Nunc igitur domine deus noster . ergo non iudicabis inimicos nostros.

In nobis quidem non tanta est fortitudo . ut possimus huic multitudini resistere que inruit super nos.

Sed quum ignoremus quid agere debeamus . hoc solum residu(um)³ habemus⁴ . ut oculos nostros dirigamus ad te.

LXXIII [CANTICVM].⁵

CANTICVM ESAYE PROPHETE.

Domine deus meus es tu et exaltabo te . et confitebor nomini tuo.*

Quoniam fecisti mirabilia . et cogitationes fideles ame(n).⁶

Quia posuisti ciuitatem in tumulum . urbem fortem in ruinam.

Domum alienorum ut non sit ciuitas . et in sempiternum non edificetur.

Super hoc laudabit te populus fortis . ciuitas gentium robustarum timebit te.

Quia factus es fortitudo pauperi . fortitudo egeno in tribulatione sua . spes a turbine . umbraculum ab estu.

Spiritus enim robustorum . quasi turbo /inpellens [f. 109. uarietem.

Sicut estu(s)⁷ in siti()⁸ tumulum⁹ alienorum humiliabis () quasi calore()¹⁰ sub nube torrentem propaginem fortium marcescere facies.

Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc . conuibium pinguium . conuibium uindemie pinguium . medullatorum uindemie defecate.

Et precipitabit in monte isto faciem uinculi conligati super omnes populos . et telam quam orditus est super omnes nationes precipitabit mortem in sempiternum.¹¹

Et auferet dominus deus lacrimam ab omnia facie et obprobrium populi sui auferet de uniuersa terra . quia dominus locutus est et dicetis in illa die.

¹ stabimus] the leaf has suffered from damp, so that it is uncertain whether the initial was ever there or not.

² et] on erased rubric initial.

³ residuum] *um* altered from *i*.

⁴ habemus] one letter erased.

⁵ Cant. lxxiii] Is. xxv. 1-10, Vulg. Marked in marg. with a black cross.

⁶ amen] the *n* mark apparently erased.

⁷ estus] *s* interlined.

⁸ siti] *m* mark apparently erased.

⁹ read *tumultum* ; *humiliabis* is written vertically ; erasure of two letters following with *et* substituted in marg.

¹⁰ calore] *m* mark erased.

¹¹ sempiternum] written vertically.

Ecce deus noster iste est . expectabimus eum et saluabit nos.
Iste dominus sustinuimus eum . exultabimus et letabimur in
salutare eius . quia requiescet manus domini in monte isto.

LXXIII [CANTICVM].¹

CANTICVM ESAYE PROPHETE.

* Domine exercituum deus Israhel qui sedes super cerubin . tu
es deus solus omnium regnorum terre.*

/Tu fecisti celum et terram inclina domine aurem tuam [col. 2.
et audi . aperi oculos tuos et uide . et audi omnia uerba Sena-
ceri(p) .² quem misit ad blasphemandum deum uibentem.

Vere enim domine desertas fecerunt reges Assiriorum terras.
et regiones earum et dederunt decs earum igni.

Non enim erant dii sed opera manuum hominum . ligna et
lapis . et cominuerunt eos.

Et nunc domine deus noster salua nos de manu eius . et
cognoscant omnia regna terre . quia tu es dominus solus.

LXXV [CANTICVM].³

CANTICVM ESAYE PROPHETE.

ANTIPHONA. * Domine saibos nos fac et psalmos nostros
cantauimus.*

E dixi in dimidio dierum meorum . uadam ad portas
inferi().⁴

Quesibi residuum annorum meorum . dixi (N)on⁵ uidebo
dominum deum . in terra uibentium.

Non aspiciam hominem ultra (et)⁶ habitatorem quiebit gene-
ratio mea ablata est (a me)⁷ et conuoluta est . quasi tabernacula
pastorum.

Precisa est uelut a texente tela ~~uita~~ mea . dum adhuc [f. 109. b.
ordirer succidit me . de mane usque in uesperum finie(s)⁸ me.

Sperabam usque in mane . quasi leo si(c)⁹ contribit omnia
ossa mea.

Sicut pullus irund(i)nis¹⁰ sic clamab(o)¹¹ . meditab(o)r¹² ut
columb(a).¹³

¹ Cant. lxxiii] Is. xxxvii. 16-20, Vulg.

² Senacerip] *p* interlined, substituted for an *m* mark.

³ Cant. lxxv] Is. xxxviii. 10-20, Vulg.

⁴ inferi] an erased letter.

⁵ Non] rubric initial on erasure.

⁶ et] interlined.

⁷ a me] interlined.

⁸ finies] *s* on erasure.

⁹ sic] *c* interlined.

¹⁰ hirundinis] *i* interlined.

¹¹ clamabo] altered from *am*.

¹² meditabor] altered from *ar*.

¹³ columba] possibly an erasure, the *a* is of a later type.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



LXXVII [CANTICVM].¹

CANTICVM DE LIBRO ECLESIASTES.

* **L**etare iubenis in adulescentia tua . et in bonis sit cor tuum
in diebus iuventutis tue.*

Et ambula in uis cordis tui . et in intuitu² oculorum tuorum.
et scito quod pro his omnibus adducet te deus in iudicio.

Aufer iram a corde tuo . et amove malitia³ a carne tua.
(a)dulescentia⁴ enim et uoluptas . uane sunt.⁵

Memento creatoris tui . in diebus iuventutis tue.

/Antequam ueniat tempus afflictionis . et adpropinquent [col. 2.
anni de quibus d(i)cas⁶ non mihi placent.

Antequam tenebrescat sol et lu(na)⁷ et lumen et stelle . et
reuertantur nubes post plubiam.

Quando commobebuntur custodes domus . et nutabuntur⁸
uiri fortissimi . et otiose erunt molentes in minuto numero.

Et tenebrescent uidentes per foramina . et claudent host(e)a⁹
in platea in humilitate uocis molentis.

Et consurgent ad uocem uolucris . et obsurdescent omnes
filię carminis.

Excelsa quoque timebunt . et formidabunt in uia.

Florebit amigdalus inpinguabitur lucusta . et dissipabitur
capparis.

Quoniam ibit homo in domo eternitatis sue . et circuibunt
'in platea plangentes. [f. 110.b.

Antequam rumpatur funis argenteus . et recurrat uitta
aurea.

(e)t¹⁰ conteratur ydria super fontem . et confringatur rota super
cisternam.

Et reuertatur pulbis ad terram suam unde erat . et spiritus
redeat ad deum qui dedit illum.

[**A**nni¹¹ peracto circulo
soluta cursi¹² temporum
huius recepta¹³ finibus
tempus reflexit termino.

Nobis nunc sancte domine
tua repleti gratia
anni hunc cursum tempora
nobis¹⁴ semper custodiat.

¹ Cant. lxxvii] Eccle. xi. 9-xii. 7, Vulg.

² read *in intuitu*.

⁴ adulescentia] rubric initial erased.

⁶ dicas] *i* interlined.

⁸ read *nutabuntur*.

¹⁰ et] rubric initial erased.

¹¹ Anni peracto, etc.] This hymn is appended in a smaller hand, in the latter part irregularly as if not by a professional scribe. It would appear however to have been written before the large rubric title which follows it. The text seems hopelessly corrupt.

¹² perhaps *solutum cursum*.

¹³ perhaps *receptum a*.

¹⁴ perhaps *noui*, but the rest of the strophe seems hopeless.

³ read *malitiam*.

⁵ sunt] written vertically.

⁷ luna] on erasure.

⁹ hostea] *e* on erasure.

Momenta cuncta domine
concede sine crimine
fructus tua domine
custodia perpetua.

Terramque reple fructibus
animas corpus facito
morbis delictis carere
famem et ostem coibe.

Fac nos hunc tempus spacia†
fidei mente agere
qualiter oculis tuis
mereamur conplacere.

Nam huius nun(c)†¹ temporibus
/Christe redemptor [col. 2.
poscimus

pellas a nobis noxium
anguis nequissimum†² uirum.³

Per anni cursu spatia†
septem dierum uoluitur
nos septiformis gratie
dignare promptus ingeri.†

Hec nempe Christe condita
tua manet potentia
cuius potestas gloria
per cuncta regnat secula . amen.

Benedic domine anni benignitatis.

EXPLICIT LIBER CANTICORVM INCIPIT IMNORVM DE TOTO CIRCVLO ANNI.

[I]MNVS IN DIEM /SANCTI ACISTVLI AD [f. III.
MATVTINVM IN QVO ANTE ADVENTVM DOMINI
QVOD EST XV KAL. DECEMBRES.

Gaudete flores martirum,
salbete⁴ plebes gentium,
uisum per astra mittite,
sperate signum glorie.

Voces profetarum sonant,
uenire Ihesum nuntiant,
redemptionis preuia⁶
qua(m)†⁶ nos redemit gratia.

Hinc mane nostrum promicat,
et corda leta exestuant,⁷ [col. 2.
quum uox fidelis personat
prenuntiatrix glorie.

Tante salutis gaudium,
quod est redemptum seculum,
exceptionis inclito
abhinc ciamus⁸ cantico.⁹

Aduentus hic primus fuit,
punire¹⁰ quo non seculum
uenit, sed ulcus¹¹ tergere
salbando quod perierat.

At nunc secundus premonet
adesse Christum ianuis,
sanctis coronas reddere,
celique regna pandere.

¹ c. locutione; perhaps anni huius temporibus.

² i. e. uirum.

³ [nequissimum] gloss antecedente.

⁴ [salbete] or sign by a later hand; Blume cum; gloss unde.

⁵ [preuia] gloss exardescunt.

⁶ [qua(m)] gloss quibus. Blume.

⁷ [exestuant] gloss exultant.

⁸ read nequissimi.

⁹ [ciamus] gloss salute.

¹⁰ [punire] gloss clamemus cantemus.

¹¹ [ulcus] gloss damnare.

Eterna lux promittitur,
sidusque¹ salbans promitur :
iam nos iubar² prefulgidum
ad ius³ uocet celestium.

Te Christe solum querimus
uidere sicut es deus,
ut leta nos hec uisio
euellat omni tartaro,

Quo' dum redemptor ueneris
cum candidato martirum
globo,⁴ adunes celibi⁵
nos tunc beato cetui.⁷

Presta pater.

VERSUS. Exultabunt sancti.

[HYMNVS IN DIEM S. ROMANI.]

/Romane, Christi fortis adsertor dei,
Relinguis oris organum fautor mobe,
largire comptum carmen infantissimum ;⁶
fac ut tuarum mira laudum concinam,
Qui⁹ scis et ipse posse mutus¹⁰ eloqui.
plectrum palati et faucium sebus tibi
tortor rebulsit, nec tamen silentium
indixit ori quo fatebaris deum.

[f. 111.b.]

Vox ueritatis testis extingui nequid,
uel si recisis palpiter¹¹ meatibus ;
Christum loquendi¹² lingua numquam defuit,
quum predicatur ipse uerborum dator.

Nunc martir sancte poscit te plebs infima,
sordes emundes, dira pellas crimina,
ignes auerni rore digno conprimas,
iam nos beandos ad superna pertraas.

/Honor sit eterno deo, sit gloria,
uni patri, eiusque soli filio,
cum spiritu, que trinitas perenniter,
uibit potens in seculorum seculis . amen.

[col. 2.]

VERSUS. Iustorum anime.

HYMNVVM DE ADVENTVM DOMINI PER DIES
SABBATOS AD VESPERVM.

Christi caterba clamitet
rerum parenti proximas
quas esse sentit gratias,
laudesque promat maximas.

Vatum poli oracula
perfecit olim tradita,
quum nos redemit unicus
factoris orbis filius.

¹ sidus] gloss *stella uel lumen.*

² iubar] gloss *radio solis.*

³ ius] gloss

potestatem uel equitatem.

⁴ Quo] gloss *unde.*

⁵ globo] *lumine uel rotundo.*

⁶ caelibi] *caeliti* Neale.

⁷ cetui] To the preceding hymn all the marginal glosses

have been transcribed as specimens, but of the immense number which exist in this section (ff. 111-163) of the MS. only a selection will be given in future.

⁸ *infantissimo* Dressel.

⁹ *Nam* Dressel.

¹⁰ *mutos* Dressel.

¹¹ *palpiter*

Dressel, gloss *tremet.*

¹² *loquenti* Dressel.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

HYMNVS IN DIEM SANCTE CECILIE VIRGINIS.

Incliti festum pudoris
uirginis Cecilie
gloriosa precinamus
uoce prompti pectoris,
quo soluta lege mortis
tollitur in etheris.¹

Germine hec uirgo clara,
sanctitate clarior,
pectore Christum retemtans,
huncque solum predicans,
ore sponsum, mente seclum,
uicit hostem sanguine.

Pectoris sacri recessum
munit /euangelio, [col. 2.
squalido corpus beatum
p(r)otegit² cilicio,
noctis horas et diei
mentis implens cantico.

Hec enim sortita sponso³
germinis prefulgidi
angelum dei fatetur
se habere uindicem ;
hunc uerendo ut pudori
det honorem commonet.

Sponsus hic⁴ furore ceco
cominatur uirgini ;
sed beata uirgo factis
dicta prorsus conprobans,
angelum munusque celi
mox adesse prestitit.

Adfuit promissus idem
uir coruscis uestibus,
exibens sertis coronas
floribus prefulgidas,
in rosis docens cruorem,
castitatem liliis.

Munere hoc prouocatus
sponsus ad Christi fidem
ilico fratris salutem
inprecatu obtinet,
hincque ambo passionis
consecrantur sanguine.

Tunc deinde uirgo Christi
consequens /Cecilia [f. 113.
hanc triumphalis honoris
promeretur gloriam,
igneis termis retrusa
fit calor nescia.

Plus calens sic igne Christi
uicit ignem seculi,
et bibrantis ensis ictum
ter ualenter sustulit,
postque terris membra ponit,
spiritu celos petit.

Inde nobis, sacra uirgo,
mitte celi munera
liliorum, uel rosarum
munus inde proroga,
unde ausisti superna
ueritatis gaudia.

Liliis coruscant⁵ in nos
castitas prefulgeat,
punicis rosis uoluntas
passionis ferbeat,
criminum mole subactot⁶
innobemur gratia.

Ecce aduentum futuri
prestolamur iudicis,
sustinemus et beata
illa lucis gaudia ;
non rei tunc puniamur,
non crememur ignibus.

¹ *aethera* Mone.

³ *sponsum* Lor.

⁵ *coruscat*] *corusca* Lor. and Blume.

² *protegit*] *r* interlined.]

⁴ *hinc* Mone.

⁶ *subacta* Lor.

tirum sed sacrosanc-[col. 2. Vt tuam, Christe, uidentes
 serbuli presentiam
 gratulemur, gaudeamus,
 personemus gloriam.
 entes gloriam,
 curie celestis arce
 almi ad coronam
 confobendi in secula.
 ti dexteram,
 Prestet hoc unitas.

INVS IN DIEM SANCTI CLEMENTIŦ ÆPISCOPI.

Clementis festum celebratur hodie :
 uenite plebes et mirate compotem
 adseclam Petri domini apostoli,
 Romane sedis tertium antestitem,
 quem sibi Christus consecrauit martirem.

Hic abitando in urbe Romulea,
 annuntiando Ihesum Christum dominum,
 inluminabit Teudore¹ Sisinnium,
 dum uiso Petro orans ipsa² prospicit,
 sic a Clemente /baptizatus credidit.

[f. 113.b.]

Hic predicando Christi euangelium
 et conuocando katerbas fidelium
 Traiani iussu ducitur exilium
 trans Pontum mare in preruptum eremum ;
 ibi peregit insigne miraculum :

Aquarum uenas ex abisso eduxit
 et satiauit sitientes incolas,
 qui per metalla excidebant marmora,
 et satiabit³ tabe siti ualida
 pro Christi nomen portantes supplicia.⁴

Ob hoc crescente emula inuidia
 profundum⁵ maris mergitur cum ancora,
 ibi umatur sepulcrali camara,
 in qua⁶ receptus extat nunc eclesia,
 ubi fideles confluunt per secula.

Qui cursus anni, tectus aqua ualida,
 alto in mari subtus undas latitat ;
 cuius recurrens annua festiuitas⁷
 recedit mare fere tria milia,

/per septem dies uias prefert fulgidas.

[col. 2.]

¹ *teudorum* Blume, wrongly.² *ipse* Blume, wrongly.[satiabit] *et aestuabant tabe et siti*, Lor., *et aestuabant tabe siti* Blume.

Three stanzas are apparently omitted here, see Blume.

³ *refundo* Dreves xiv. 129.⁶ *hinc adreceptus adstat nunc* Dreves.

hesitate to limit grammatical possibilities in this hymn.

Cuius sepulcrum uelut aurum rutilat,
 ancora colli ut argentum emicat,
 fiunt¹ uirtutes per fideles petitas
 agentes deo gratias multimodas,
 qui prestat sanctis tanta mirabilia.²

Christum rogemus uerum patris unicum,
 et obsecremus, alimumque spirituum,³
 ut mundi procul auferat iactantiam,
 uirtutum nobis donet habundantiam,
 per quam eternam mereamur gloriam.

Gloria patri, gloria sit filio,
 gloria sancto precedenti⁴ spiritu.
 qui deus unus regit mundi macina,⁵
 disponit cuncta reuolbendo tempora,
 tenetque regnum perpetim per secula . amen.

VERSVS. In memoria.

HYMNVS IN DIEM SANCTI SATVRNINI

/Vocis audite nouitas refulsit
 regis aduentum recinens superni ;
 det suos terra pariendo flores
 iure⁶ colonis.

Ninguidis scepta⁷ spatiis Tolosa
 fraglet⁸ accensa fidei calore,
 que⁹ Saturnino reuoante Christum
 martire cepit.

Docmate cuius simulacra cedunt,
 cuius accessu reticere discunt
 demonum uabra¹⁰ dominantis ora
 uoce sopita.

Hic dei patris genitum colendo
 predicans uoce simul et cruore,
 uincitur tauri pedibus, litanda¹¹
 uictima Christo.

¹ *facit* Blume.

² two strophes omitted? see Blum

³ Mozarabic scansion often gives *spiritus* an extra syllable, but more from a prefixed vowel (*esp.* or *isp.*) than from a 2nd declension form *spirituus*,

⁴ read *procedenti*.

⁵ neut. pl. ?

⁶ iure] gloss *sorte*.

⁷ scepta] i.e. *saepta*, gloss *circumdata*.

⁸ fraglet] gloss *redolet* (i.e. *fragrat*) but prob. *flagret* as Blume.

⁹ *quem* Blume.

¹⁰ i.e. *uafra*, gloss *frauaulenta uel*

¹¹ *litandus* Blume.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Rator¹ tunc uncinis trai-
nerbos e corporibus
corum iussit, illosque
oleo perfundere
candente, atque subueni²
lampades lateribus.

Iussit uibam calcem mixtam
cum aceto et felle
eorum mitti in guttur
uiolenter iudexque ;
nam sancti biberunt potum
fidenter in domino.

Martirum et effodiri
iussit oculos preses,
que quum sancti agunt Christo
grates deo fierent ;
suspendique tunc deorsum
iubet eos capite.

Ynlustrati post triduum
et sani inuenti sunt,
quos uibos discoriari
iudex iussit iniquis,³
capita sanctorum mundat⁴
horum atque precidi.

VERSVS. Vox letitic.

HYMNVS IN DIEM SANCTI ANDRE APOSTOLI.

Decus sacrati nominis
nomenque uitam expri-
mens,
hinc te decorum predicat
crucis beate gloria.

Andreas, Christi apostole,
hoc ipsi iam uocabulo
decorus, idem mystice
signaris isto nomine.

/Quem crux ad alta [col. 2.
proueit,
crux quem beata diligit,

VERSVS. Potens.

**Tunc milites absciderunt
capita beatorum,
cerbicibus statim quorum
lac et sanguis exiit :
multi uidentes gauisi
/in Christo crediderunt. [f. 1**

**Ihesu redemptor excelse,
dei patris filius,
interuentu horum nobis
martirum inploramus
te, de celis ut iubamen
des angelicum, deus.**

**Vigeat iam ecclesia
tuis adiutoriis
tua per orbem diffusa
terrarum, atque pacis
ornetur uirginitatis
dono et karitatis.**

**Inclito sit laus patri,
atque tibi filio,
una cum spiritu sancto,
honor, benedictio,
gloria, salus, potestas,
per omnia secula. amen.**

cui crux amata preparat
lucis future gaudia.

In te crucis misterium
cluit⁵ gemello stigmat⁶,
dum probra uincis per cruce⁷
crucisque pendis⁷ sanguinem.

Yam nos sobeto languidos,
curamque nostri suscipe,
quo per crucis uictoriam
celi petamus patriam.

Deo patri.

¹ Rector Blume, unnecessarily.

² read *iniquus*.

³ cluit] gloss *pollat*.

⁷ pendis] gloss *solbis uel suspendis*.

⁵ perh. *supponi*; *subuati* Blume.

⁴ read *mandat*.

⁶ stigmat] gloss *signe uel cicatrices seu puncta*.

HYMNVS IN DIEM SANCTE LEOCADIE.

Sanctissime Leocadie
sollemne festum prodiit,
quo uana terre dispuens
ad regna celi transiit.

Omnēs uenite supplices
cordis reatum pandite,
gudendo uota solbite,
deoque grates reddite.

Hec namque uirgo nobil(e)s¹
exorta claro germine
confessa Christum fortiter
penas libenter pertulit.

Corrupta iussu presidis,
uacis² /ligatur ferreis, [f. 155.b.
ut uinculorum pondere
fides puella cederet.

Illic per abstinentiam
Christo placere cogitans
laudum rependit gratias,
precumque defert uictimas.

Sed mox beate (Leocadie)†³
mortem sacratam conperit :

in carcerali uinculo
celo refudit spiritum.

Nunc, uirgo sancta, quesumus
et lacrimando poscimus,
ut probra nostra diluas
et uota Christo deferas.

Tu nostra cibis⁴ inclita,
tu es patrona uernula :
ab urbis huius termino
procul repelle tedium.

Non hostis hic preualeat,
non morbus aut penuria,
recedat omne noxium,
et conferatur commodum.

Sic uita rebus affluat,
ne corda luxu sordeant :
cunctis nobis prece tua
detur a Christo gratiam.†⁵

/Deo perenni gloria, [col. 2.
et gratiarum copia,
qui cuncta uo(l)bit⁶ tempora
et regnat ante secula. amen.
VERSVS. Confessionem.

HYMNVS IN DIEM SANCTE EOLALIE.

Germine nobilis E(u)lalie,†⁷
mortis et indole nobilior,
Emerita†⁸ sacra uirgo suam,
cuius abueret⁹ progenita est,
ossibus ornat, amore colit.

Proximus occiduo locus est,
qui tulit hoc decus egregium,
urbe potens, populis locuplex,
sed mag(ne)¹⁰ sanguine martirii
uirgineoque potens titulo.

¹ nobilis] e altered to y.

² Leocadie] in a late hand on erasure (of Eulalie?)

³ eius] gloss *auilatrix*.

⁴ solbit] / interlined.

⁵ Eulalie] e altered to o, read *Eulalia*.

⁶ read *ad abere*, gloss *genere*.

⁷ magne] m on erasure, read *mage?* gloss *sed pluri*.

⁸ uacis] i.e. *bacis*, gloss *calenis*.

⁹ read *gratia*.

¹⁰ read *Emeritam*.

Curriculis tribus atque nobem
tr(ihi)emens†¹ quater adtigerat,
cum crepitante pira trepidos
terrui aspera carnifices,
supplicium subiit ulcerata.†²

Iam dederat prius indicium
/tendere se patris ad [f. 116.
solium,

nec sua membra dicata
torum :†³

ipsa crepundia⁴ reppulerat
ludere senela⁵ pusiola,

Spernere su()cina⁶ flore†⁷
rosas,

(u)ulba⁸ munilia respuere,
ore⁹ seuera, modesta gradu,¹⁰
moribus¹¹ et nimium generis†¹²
caniti(ę)†¹³ meditata senum.

Adst ubi se furiata lues
excitat in famulos domini,
Christicolasque cruenta iubet
tura cremare, iecur pecudis
montiferis adolere diis,

Infremuit sacer Eulalię
spiritus ingenique ferox ;
turbida frangere bella parat,
et rude¹⁴ pectus an()ela¹⁵ deo
femina prouocat arma uirum.

Sed pia cura parentes ag(unt),†¹⁶
uirgo animosa domi ut lateat,
abdita rure et ab urbe procul
ne (fera)¹⁷ sanguinis in prēti(o)¹⁸
mortis /amore puella [col. 2
ruat.

Illa perosa quietis opem,
degeneri(s)¹⁹ tolerare moram,
nocte fores sine teste mobet
septaque claustra fugax aperit,
inde per inuia carpit iter,

Yngreditur pedibus lacris
per loca senta siue†²⁰ uepribus
angelico conmitata choro,
et licet orrida nox (sc)ileat,²¹
lucis habet tamen illa ducem.

Sic habuit generosa patrum
turba colu(mni)ferum²² radium,
s()indere²³ qui tenebrosa
potens

nocte uiam face()²⁴ pres-
picua(),²⁵
prestitit iter eunte†²⁶ ca(h)o.²⁷

Non aliter pia uirgo uiam
nocte secuta diem meruit,
nec tenebris adoperta fuit,
regna Canopica quum fugeret,
et super astra pararet iter.

¹ trihi] *ii* on erasure and *h* interlined, read *tres hiemes*.

² ulcerata] gloss *uulnerata*; perh. *subit, sibi dulce rata* Dressel.

³ read *toro*.

⁴ crepundia] gloss *initia uel cunabula*.

⁵ ludere] gloss *uersibus dicere*. senela] gloss *senilia*; perhaps correct; *nescia* Lor. Dressel.

⁶ succina] erased letter.

⁷ flore] *flores* Lor., *flare* Dressel, *flere*?

⁸ fulua] *f* altered to *u*, gloss *rubca uel aurea ornamenta*.

⁹ ore] gloss *finis uel regionis*!

¹⁰ gradu] gloss *confere pariser* (?)

¹¹ moribus] gloss *obsecundus*.

¹² generis] *teneris* Lor.

¹³ canitie] altered from *canitiem*.

¹⁴ rude] gloss *nobum*.

¹⁵ anhelat] erased letter.

¹⁶ agunt] erasure; *parentis agit* Dressel.

¹⁷ fera] on erasure.

¹⁸ pretio] altered from *uni*.

¹⁹ degeneris] *s* erased, gloss *genere dissimile, degeneri mora* Lor.

²⁰ siue] *situ et* Lor. and Dressel.

²¹ sileat] *sc* interlined.

²² columniferum] altered to *coloni ferum*, *coloni* is glossed *salus* and *ferum*, *prope uel sene*.

²³ scindere] erased letter.

²⁴ face] erased *r*.

²⁵ prespicua] erased letter.

²⁶ intereunte Dressel.

²⁷ chao] *h* interlined, gloss *tenebre uel ruine*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Non mohet aurea pompa tori?
non pietas veneranda senum,
quos temeraria deuilitas?
ecce parata ministeria
excrucia(les)†¹ ex(s)itiis.²

Aut gladio feriere caput,
aut laniabere membra feris,
aut facibus data fumificis,
flebiliter u()lulanda³ tuis
in cineres resoluta flues.

Hęc, rogo, quis labor est
fugere?

si modicum salis ęminulis
turis et exiguum digitis
tangere uirgo benigna uelis,
pęna grauis procul auf(u)erit.⁴

Martir ad ista nihil; sed enim
infrem(u)it⁵ ()tiranni ocul(i)s⁶
sputa iacit, simulacra dehinc
dissipat inpositamque molam
turibulis pede pros(a)libit.⁷

Nec mora carnifices gemini
iungea⁸ pectora dilacerant,
/et latus ungula uirgi- [col. 2.
neum

pulsat utrumque et†⁹ ossa secat,
Eulalia numera(n)te¹⁰ notas.

Scriberis ecce mici domine;
quam iuba()t¹¹os¹²apices legere
qui tua Christe trofea nota()t¹³;
nomen et ipsa sacrum loquitur
purpura sanguinis elicit.

Hęc sine fletibus et gemitu
leta canebat et intrepida;

dirus abest dolor ex animo,
membraque picta cruore nobo
fonte cutem reclarente¹⁴ labat

Ultima carnificina dehinc
non lacerat(a)†¹⁵ uulnifica,
crat(e)¹⁶ genus nec arata cutis,
flamma et†¹⁷ undique lampadibus
in latera stomachumque fuit.

Crinis et odor†¹⁸ ut in iugulos
fluxerat inuoluitans humeros,
quo pudibunda pudicitiam†¹⁹
uirgineusque lateret honor
tegmine uerticis opposito.

Flamma crepans uolat i
faciem.

/per quem†²⁰ comas [f. 117
uegetata caput

occupat exuperatque apicem;
uirgo citum cupiens obitum
adpetit et uiuit²¹ ore rogam.

Emicat inde columba repens
martiris os nibe candidior,
uisa relinquent†²² ad astra petit
spiritus hic erat Eolalie
lacteolus celer innocuus.

Colla fluunt, abeunte anima,
et rogos igneus et†²³ moritur;
pax datur artibus exanimis:
flatus in ethere pl(au)dit²⁴ obans
templaque celsa petit uolucer.

Vidit et ipse satelles abem
femine ab ore meare palam
obstupefactus et adtonitus;
prosilit et sua gesta fuit,†²⁵
lictor et ipse fugit pavidus.

¹ les on erasure, *excruciabilis exitii* Dressel.

² ululanda] letter erased.

³ infremit inque Lor., u interlined.

⁷ prosiluit] i altered to a, *prosubigit* Dressel.

⁸ iungea] *iunca* Dressel probably rightly; *lancea* Lor.; gloss *iubena* (?) *absent*
uel cruciant. ⁹ et ad ossa Dressel.

¹¹ iuuat] erased n.

¹⁴ reclarente] *reclarente lauante* Lor.

¹⁶ crate] e on erasure (of is?) *crate tenuis* ead.; gloss *masculini generis!*

¹⁷ et] sed Lor.

²⁰ perque Lor.

²³ emoritur Lor.

¹⁸ crinis odor Dressel.

²¹ uiuit] i.e. *bibit*.

²⁴ plaudit] *an* on erasure.

² exitiis] s interlined.

⁴ aufuerit] n interlined; gloss *absent*.

⁶ oculis] i on erasure (o?).

¹⁰ numerante] n interlined.

¹² os] i.e. *hor*.

¹³ notant] erased n.

¹⁵ lacerata] a on erasure; *laceratio* Lor.

¹⁹ pudicitia Lor.

²² relinquere et astra sequi, Lor.

²⁵ fuit] *fugit* Lor.

Ecce nibem glacialis hyems
ingerit, et tenet omne forum,
membra tegit simul Eulalie,
ax(a)¹ iacentia sub gelido
/palleoli ui()ce² linteoli. [col. 2.

Cedat amor lacrimant()³
hominum,
qui celebrare su(b)p(erna)⁴
solent,

febile cedat⁵ et officium :
ipsa elementa iubente deo
exequias tibi uirgo ferunt.

Nunc locus Emerita est
tumulo,
clara coloniæ⁶ Vectonie,
quam memorabilis annis Ana
preterit et uiridante rapax
gur(g)ite⁷ mēnia pulcra luit.⁷

Hic urbit⁸ marmore prespicuo
atria luminat alma nitor
et peregrinus et indigena,
reliquias cineresque sacros
seruat humus ueneranda sinu.

Tecta corusca super rutilant
de laquearibus aureolis,
saxaque ces()a⁹ solum uariant,
floribus ut rorulenta putes
prata rubescere multimodis.

Carpite purpurcas uiolas
sanguineosque crocos m(e)tite,¹⁰
/non caret his genialis [f. 118.
hyems,

laxat et arba tepe()s¹¹ glacies,
floribus ut cumulet calathos.

Ista comantibus e()¹²foliis
munera uirgo puerque date,
ast ergo¹³serta coro in medio
texta feram pede dactilico
uilia marcida festa tamen.

Sic uenerarier ossa libet
ossibus altare ()¹⁴inpositum;
illa dei sita sub pedibus
prospicit hec, populosque suos
carmine propria ita¹⁵ sobet.

Laudibus efferat eximiis
astra solum mare quicquid
habet

te genitor genitumque tuum
simplicem etiam et spiritum
perpetuis iugiter eonis.

F(esti¹⁶ huius in laudibus)
domini

uocibus intonet alma cohors
(uictricem qui) fecit Eulaliam
(socians ethereis) ciuibus
(perpetim trinus unus) dominus
amen.

ALIO†.

Laudem beate Eolalie
/puro canamus pec- [col. 2.
tore,
quam Christus inter martires
casto sacrabit sanguine.

Que clausa diris postibus
interque fortes cardines
somni ciuique nescia
Christum canebat peruigil.

¹ axe] a on erasure.

² uice] erased letter.

³ lacrimantum] two letters erased.

⁴ read *suprema*; *b* interlined, *erna* on erasure. ⁵ *cedit* Dressel. ⁶ *colonia* Lor.

⁷ *gur(g)ite*] *f* interlined. *ibid.*] *pluit* Lor., read *lauit*. ⁸ *urbi*] *ubi* Lor.

⁹ *ces*] erasure apparently *s*. ¹⁰ *mittite* altered to *mélite*. ¹¹ *tepens*] erased letter.

¹² *e*] erased letter.

¹³ *ergo*] *ego* Lor.

¹⁴ erasure (*et*?)

¹⁵ read *propitiata*; at *fovet* Prudentius' hymn ends.

¹⁶ *Festi*] All this verse is erased, but the few words legible fit in with Lorenzana's reading here restored.

Cust(o)s¹ tremendi liminis
laxis stupebat uinculis
in carceris congustia²
mentis beate gaudia.

Yudex furore turbidus
surgit cruentis faucibus
et increpat noctis moram
sanctam daturus hostiam.

Lentoque primo berbere
Christi puella ceditur,
sed (con)secrare³ pernegat
libamen aris inpium.

Tunc in reciso stipite
ductis in altum braciis

latus puella ceditur
nudamque⁴ flammis uritur.

Victor recedit spiritus
corpus relinquens pallidum,
quod lege /mortis perditum
reducat ad uitam deus. [f. 118v]

Iamiam quieti psallite,
patrique laudem dicite,
Christumque laudemus pium,
simulque sanctum spiritum.

Hec nos redemit trinitas,
cuius perennis gloria
in seculum nescit mori,
uibens per omne seculum. amen.

VERSVS. Speciem.

HYMNVS IN DIEM SANCTE MARIE VIRGINIS.

A solis ortu⁵ cardine
et usque terre limitem.
Christum canamus principem
natum Maria uirgine.

Beatus auctor seculi
seruile corpus induit,
ut caro carnem liberans
non perderet quos condidit.

Clausa parentis uiscera
celestis intrat gratia,

uenter puella baiulat
secreta /que non noberat. [col. 2.]

Domus pudici pectoris
templum repente fit dei,
intacta nesciens uirum
uerbo creabit filium.

Enixa est puerpera
quem Gabriel predixerat,
quem matris aluo gestiens
clausus Iohannes senserat.

ITEM AD MATVTINVM.

F it porta Christi p(re)uia⁶
refecta⁷ plena gratia,
transitque rex, et permanet
clausa ut fuit per secula.

Genus superni numinis
processit aula uirginis,

sponsus, redemptor, conditor
sue gigans ecclesie.

Honor matris et gaudia,⁸
inmensa spes credentium,
per atra mortis pocula
resolbit nostra crimina.

Deo patri.

¹ Custos] *u* altered to *o*.

² consecrare] *con* on erasure.

³ read *ortus*. This abecedarian hymn of Sedulius is continued not by the hymn here following but by the strophes which follow on p. 201, beginning *Feno iacer* *portulit*, see Hümer's edition, C.S.E.L. x. 163.

⁴ *per* altered to *pre*. The abecedarian hymn of which these strophes are fragment seems otherwise unknown.

⁵ *referta* Blume.

⁶ perh. correct; *angustia* Blume.

⁷ read *nudaque*; *nudumque* Blume.

⁸ *gaudium* Blume.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Indiam superiorem
uisitans adgreditur,
dogma Christi predicando
fundauit ecclesiam,
infinita per bap̄tisma
consecrauit milia.

Mira quippe ac stupenda
faciens miracula
Sinticeque†¹ restaurauit
corporalis† lumina,
laticis perfundit unda
illam et Mindoniam.

Christiana iam probata
regis uxor Treptia
regnum Christi concupiscens
respuit terrestria ;
ulcerosum scabre(scentem)²
ut sanetur postulat.

Precibus Tome a Christo
diriturque†³ /angelus. [col. 2.
exuit in parte totum†⁴
ulcerosam tunicam,
nobe cutis indumenta
uestiuit corporea.

Templum solis cominutum
corruiit cum idolo,
ac metallum pretiosum
soluitur in pulbere†⁵ ;

rex illius ciuitatis
fuit†⁶ cum Caricio.

Tunc sacerdos ydolorum
furibundus adstitit,
gladio transuerberauit
sanctum Christi martirem ;
glorioso passionis
laureantur†⁷ sanguine.

O beata inter omnes
Edissena ciuitas,
que pignus suscepit alnum
domini discipulum,
ubi corpus requiescit
cum honore conditum.

Inde cuncti te precamur,
summi patris filium,
mitte nobis de supernis
inuictum auxilium,
ut credentes euadamus
eternum supplicium.

/Vt sub uno cuncta [f. 120.
coors

coniuncta fidelium
te sequamur, te canamur†⁸
et fruamur perpetim,
humili confessione
proclamemus gloriam . amen
VERSVS. In memo.

HYMNVS IN NATIVITATE DOMINI.

Veni⁹ redemptor gentium,
hostende partum uirginis,
miretur omne seculum
tales†¹⁰ decet partus deo.¹¹

Non ex uirili()¹² semine
sed mistico spiramine
uerbum dei factum est caro,
fructusque uentris floruit.

¹ perh. *Synticen...corporali lumini* ; *Synticem...corporali lumine* Blume.

² *scabrescentem*] on erasure ; gloss *sarnoso* ; *ulcerosus escabrescens* Blume.

³ read *dirigitur* ; *angelus dirigitur* Lor. and Blume.

⁴ read *totam*, but perhaps there is further corruption.

⁵ *puluerem* Blume.

⁷ *laureatur* Blume.

⁹ *Veni redemptor*] In Dreves' *Aurelius Ambrosius* (p. 133) this is strophe 2 of

Intende qui regis Israel.

¹¹ *deum* Lor.

⁶ *fugit* Blume.

⁸ read *canamus*.

¹⁰ *talis* Lor.

¹² after *uirili* two letters (*er*?) erased.

Albus tumescit uirginis,
 claustrum pudoris permanet,
 uexilla uirtute¹ micant,
 uersatur in templo deus.

Procedens e thalamo suo,
 pudoris aula regia,
 gemine² gigans substantie
 alacris ut currat uiam.

/Egressus eius a patre, [col. 2.
 regressus eius ad patrem,

excursus usque ad inferos,
 reuersus³ ad sedem patris.

Equalis eterno patri,
 carnis trophæo accingere,
 infirma nostri corporis
 uirtute firmans perpetim.

Presepe iam fulget tuum,
 lumenque nox sperat⁴ nobum,
 quod nulla nox interpo(l)lat,⁵
 fidesque⁶ iugi luceat.

Deo patri.

VERSVS. In sole posuit.

HYMNVS IN NATALE DOMINI AD MATVTINVM.

Feno⁷ iacere pertulit,
 presepe non aborruit,
 paruoque lacte pastus est,
 per quem nec ales esurit.
 Gaudet chorus celestium,

et angeli canunt deum,
 palamque fit pastoribus
 pastor creator omnium.

Deo patri.

VERSVS. Dominus dixit ad me.

HYMNVS IN APPARITIONE DOMINI.

Hostis Erodes impie,
 /Christum uenire [f. 120.b.
 qui(d)⁸ times?
 non eripit mortalia,
 qui regnat dat celestia.

Labacra⁹ puri gurgitis
 celestis agnus adtigit,
 peccata, que non detulit,
 nos ablucendo sustulit.

Ibant magi, quam uiderant
 stellam sequentes preuiam,
 lumen requirunt lumine,
 deum fatentur munere.

Nouum⁷ genus potentie,
 aque rubescunt ydrie,
 uinumque iussa fundere
 mutauit unda originem.

YMNIST¹⁰ VENITE.

YMNVS IN ALLISIONE INFANTORVM.†

Katerba⁷ matrum personat,
 conlisa deflet pignera,
 quarum¹⁰ tyrannus milia
 Christo sacrabit uictimam¹¹.

Miraculis⁷ dedit fidem,
 habere se deum patrem,
 infirma sanans corpora,
 et suscitans cadabera.

¹ uirtutum Lor.

² geminus 30844.

³ interpolat] / interlined, interpollet Lor., interpollet Dreves.

⁴ sperat 30844.

⁷ Feno iacere] see p. 120, n. 13. The initial letters show the original order of the strophes.

⁸ quid] d interlined.

⁹ quorum. Lor.

² gloss duplicata.

⁴ spirat Lor.

¹⁰ Ymnis uenite] rubricated by mistake.

¹¹ uictima neut. pl. ?

/Orat salutem seruulo [col. 2. Petrus per undas ambulat
 nixu's)¹ genu centurio, Christi lebatus dextera,
 credentis ardor plurimus natura quam negaberat
 extinxit ignes febrium. fides parabit semitam.
 Ymnis uenite.

HYMNVS DE LAZARO AD MATVTINVM.

Quarto die iam fetidus fletu rigantes supplices³
 uitam recepit Lazarus, arent fluenta sanguinis.
 mortisque liber uinculis Solutus omni corpore,⁴
 factus subprestis² est sibi. iussus repente surgere,
 Riuous cruoris torridi suis uicissim gressibus
 contacta uestis obstruit, eger uehebat lectulum.

HYMNVS IN CENA DOMINI AD MATVTINVM.

Tunc ille Iudas carnifex quos adloquuntur angeli
 ausus/magistrum tradere [f. 121. uibum sepulcro non tegi.
 pacem ferebat osculo, Ymnis uenite dulcibus,
 quam non gerebat pectore. omnes canamus subditum
 Verax datur fallacibus, Christi triumpho tartarum,
 pium flagellat impius, qui nos redemit uenditus.
 crucique fixus innocens Zelum draconis inuidi
 coniungitur latronibus. et os leonis pessimi
 calcauit unicus dei,
 Xiromera⁵ post sabbatum seseque celi(s)⁶ reddidit.
 quedam uehebant corpori, Deo patri.

VERSVS. Eripe me domine ab homine.

HYMNVS IN DIEM SANCTI STEFANI.

Christus est uita ueniens in orbem
 mortis occasum⁷ patiens acerbe.
 mortuis actum⁸ pietatis usu
 uibere donat.

/Sustulit uulnus remobendo mortem, [col. 2.
 mort(is auctorem)⁹ perimendo surgit,
 patris ad dextram repetendo regnat
 sede superna.

¹ nixus] s erased.

³ rigante supplicis Lor., perh. *rigantis supplicis*.

⁵ i.e. *ἔρημωρα*,

⁸ actu Lor.

² subprestis] i.e. *superstes*.

⁴ torpore Lor.

⁷ occasu Blume.

⁹ mortis auctorem] shorter erasure or blank space.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

HYMNVS IN DIEM SANCTE EVGENIE.

<p>/ Adstantes¹ pariter sexus (uni)gen()os,†² heros cum senibus, uirgo et anula, infantes, iubenes, ambitus affluens, Christi quos placidus sanguis emaculat, Gaudete sobrie gaudia maxima, reddentes domino uota salubria. extant Eugenie festa celebria, quo³ celi meruit scandere patriam. Hec martyr nitidis orta parentibus plene studuit†⁴ dogmata artium. Pauli set subito normam dum adtigit mundi mox arida gaudia orruit. Nam patrem penitus matremue deserens fratres et propriam omne†⁵ familiam, aurum et lapides, abitus sericos, ad Christum nam uiam querit ut adeat.</p>	<p>[col. 2.]os,†²</p>	<p>Christus iam famulis atque monasticis, sponsam clarificat, et sibi copulat. Nam quum conspiceret⁶ predia properat⁷, audit Christicolas psallere cęlica; omnes demonia sunt dii gentium, nam celos dominus fabricat opifex. Eunucis precipit, Proto Iacintoque, tondant cesariem ei et ambulent; uasternam uacua⁸ proprie⁹ deserunt, ad sanctos domini ilico transeunt. Nulli nam profitens se fori†¹⁰ feminam, soli magnifico pape et Elcno, a quo post labacro tincta renascitur, adesit sociis uirgo monasticis. Et ita domini fulta presidio, ut omnes superet infra biennium, /nam quod canonici [col. : nunc libri continent adesit animo Christi puellule.</p>
<p>/Cui mox, qui uia est, [f. 122. se uiam exhibet, per quam Eugeniam adsociat suis</p>	<p>[f. 122.</p>	<p>/nam quod canonici [col. : nunc libri continent adesit animo Christi puellule.</p>

¹ Adstantes] no glosses to this hymn.

² unigenos] *uni* on shorter erasure; *unigenae* Blume.

³ *quae* Blume.

⁵ read *omnem*.

⁷ *prospera* Blume, but see the prose life, Migne lxxiii. 605.

⁸ i.e., *basternam*, a sort of litter; *cisternam* Blume!

⁹ read *propere*; *propria* Blume.

⁴ *estuduit* Blume.

⁶ perh. *conspicere*.

¹⁰ read *fore*.

ad dominum
†¹ tempora
continuo
n eligunt
Eugeniam,
mox reget²
patrio
enobio.

deus est
arismata,
oculos
el languidos†³
lemonia
corpora,
inualidos
adsequat.⁴

a uidua
Melantia⁵
o ualido
o⁷ saucia,
lum Eugenia
uit,
nigredinem
omuit.

ox decipitur
gantiam,
dicit uiri
e feminam,
Christi domini [f. 122.b.
it increpat.
meretrix
incitat.

us iubenis
enobio,
pinio
nedi(c)um⁸ uocat,
t mederer
to languida
oluit
a liuidine.

Sedem publiciter
presides†⁹ prepa(rat),†¹⁰
mandat perneciter
sanctos egredere,¹¹
stant et carnifices,
qui caput amputent,
iactent et canibus
sancta cadauera.

Ad hec nigredinis
dicta Melantia
ancillam obicit
testem fanaticam,
sed mox Eugenia
ueste deposita
sexu femineo
iudicem conprobat.

Agnoscit iam pater
materue filiam,
fratres congratulant
/atque familia, [col. 2.
ornantes habitu
testile¹² aureo
adtolluntque trono
eam in arduo.

Tanta in populo
gratia ingruit,
ut omnes colere
iam deum indicent ;
sancti ad propria
redeunt atria,
plebs est catholica
reddita libera.

Prefectus labacro
ilico tinguitur
cum Christo placida
coniuge Claudia,
et cum pigneribus
atque familiis :
papas continuo
idem eligitur.

†¹ *post tria.*

languidis.

melantia Blume, but *Melantia* in the life.

[*melantia* c] interlined.

[*melantia* on erasure ; *praeparant* Blume.

[*melantia* ille] i.e. *textili*.

² *quos cum mox reget* Blume, unnecessarily.

⁴ *adsequat*] = *adsequatur*, probably a Spanish dialect form.

⁶ *perh. fil.*

⁷ i.e. *τύφω*.

⁹ *praesidi* Blume.

¹¹ *egredere*] i.e. *egredi*.

Hic post quam populum
ad fidem inuit,
post offert domino
pura libamina,
post dat pauperibus
innumeras opes,
Christo martirium
in pace perficit.

Ad sedem remeat
Claudia propriam,
Abito pariter
Sergio filiis
et cum Eugenia
Proto Iacintoue;
manet Christicola
omnis familia.

Quibus sidera
gratia prestatit
/ut multe uidue [f. 123.
Claudiam adsequant,
sic et Eugeniā
nobiles innupte,
sed Protum iubenes
simul Iacintumue,

Inter quos igitur
uirgo egregia
Basilla pepulit¹
sponsum et omnia,
mallens se gladio
feruido plectere,
quam sponsi rauido
copulo² tradere.

Tempestas oritur
seua tyrannidis,
sanctos perniciousiter
cedit et interit;
adhec Eugenia
uirgines admonet
summo ut studio
se deo preparent.

Basilla gladio
plectitur ilico,
necnon et socii
Protus Iacintusue,
post quos Eugeniā
ad aram inperant,
cultu demonico
ut tura offerat.

Sed mox ad dominum
palmas ut erigit,
templum continuo
pulberi traditur.

/in nexu³ lapide
Tiberi gurgite
in preceps flubio
uirgo dimergitur,

Hec⁴ mergi patitur;
rupta funabula
uadit per latices
supra natantibus,
nam Petro in pelago
qui fuit ouius,⁵
nobis iam populus⁶
esse cum innuba.

Se nil proficere
cernit ut inpius,
mandat fornacibus
mittere celibem;
fornax frigidior
mox nibe facta est,
nec ignis ibidem
uisus est iterum.

Post in carcereo
lubrico truditur,
nec desit radians
lux ibi martiris⁷
mortis per gladium
iam caro fungitur,
uadit sidera
ad loca spiritus.

[col. 2

¹ *reppulit* Blume, against all the MSS.³ *innexa lapidi* Blume.⁵ *ouius*] i.e. *obuius*.⁷ *martyri* 30844.² *copulo*] i.e. *copulae* if correct.⁴ read *Nec*.⁶ *populis...innubis* Blume.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Ardua obhinc positus in arce
a malis, Christum neget ut uenisse,
confutat dogma scisma¹ impiorum
Fariseorum.

Ad hoc impulsus solo et proiectus,
stat set inlesus.² ...

* * * * *

[HYMNVVS IN DIEM S. IOHANNIS APOSTOLI].

.../Non adurat³ terram ignis,
aerem non sauciet. [f. 124.
non refundat ultionis
triste celum turbines,
non reclinet in ruinam
orbem ira funditus.

Decidat delictum omne,
subsequatur gratia,
auferatur culpa tota,

sit salutis copia,
sit remota cuncta labes,
augeatur karitas.

Gloria sit deo patri,
gloria sit filio,
sit paraclito manentis†⁴
semper ingens gloria,
qui deus uibit per omne
seculorum secula†⁵. amen.

HYMNVVS IN DIEM SANCTI IACOBI APOSTOLI
FRATRIS SANCTI IOHANNIS.

O dei⁶ uerbum patris ore proditum,
rerum creator et uerum principium,
auctor perennis, lux origo luminis,
enixus aluo gloriose uirginis,
Xriste tu noster reuera Emanuel,
Rex et sacerdos, cui sacri /lapides
en ter quaterni, onicinus, agates,
nitent⁷ berillus, zafirius, carbunculus,
uel ametistus, sardius, topazius,
zmaracodus, yaspis, ligurius, crisolitus.

[col. 2.

Nitetque†⁸ gemis sol dies duodecim
e()nitens⁹ horis, margaritis obtimis,
gliscitque mundi iam fugatis tenebris.
et candelabra¹⁰ tibi superposita
micant lucernis bis senis apostolis¹⁰ ;

¹ schisma] *his et* 30844.

² after f. 123 a leaf is wanting. The rest of the hymn is in 30844, f. 94, Blume p. 189. ³ Non adurat] the hymn begins *Iste electus Iohannes* 30844. f. 98.b.

⁴ *manenti* Blume.

⁵ read *saeculum* or *saeculum in saecula*.

⁶ O dei uerbum] Acrostic; reads (with necessary corrections and neglecting the Z in zMaragodus) O RAEX REGVM REGEM PIIVM MAVRECATVM AEXAVDI CUI PROBE OC TVO AMORE PREB[E]. The date according to Blume is 783-788.

⁷ *Gliscunt* Blume, to restore the acrostic; *Nitens* Lor.
Iam tuorum passione
freta gaude ciuitas
iure Conplutensis, almo
quo laueris sanguine,
et gemellis mox camenas
redde uoto deuitas.

Hinc deus te postulamus
ut precantes audias,
pelle moruos, solue uincla
et relaxa crimina,
atque⁶ inlesi futuram
adpetamus patriam.

Nominis tui amorem
da tuis in seruulis,
temporale nil amemus,
diligamus inuicem,
te sequamur, te canamus,
te fruamur perpetim. [col.

/VERSUS. Ex ore infantium.

¹ *instruuntur* Lor. *seriuntur* Blume.

³ *tencantur* Lor. and Blume.

⁵ *uincit* Blume.

² *passiones* Lor.

⁴ i. e. *uoce sese*.

⁶ *utque* 30845, Blume.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Hinc ad cornipedum terga ferocium
innexum religant; tractus in aspera
uitalem subito inquit¹ anelitem
dirumque² ualuit uincere seculum.

Ob hoc suppliciter, rex deus omnium,
rogantes petimus ut martir³ inclitus
adsistat miseris fauctor et impetret
confessis ueniam corde piaculis.

Sit uita locuplex frugibus affluis,⁴
rerum prosperitas congrua polleat,
bellum dispereat, pax bona profluat,
uirtutes uigeant, crimina transeant.

Sit patri ingenito gloria maxima,
sit conpar genito /sitque⁵ paraclito,
unus qui retinet scepra perenniter
uincens⁶ perpetuis tempora seculi.†⁷ amen.

[f. 141.b.]

HYMNVS IN DIEM SACRATIONIS SANCTI MARTINI.

Martinus⁸ magnus pontifex
apostolorum socius
donante deo presule
uirtutes multas pertulit.⁹

Qui†¹⁰ in etate paruula
diuinus adit spiritus,
ut execraret hydola,
celestem deum coleret.

Quum esset annorum duo-
decim†¹¹
sic concupiuit herenum
desiderans infantia,
quod post deuotos¹² inpleuit.

Sub Iuliano Cesare
militans in pretorio
opem ferebat miseris,
uestitum nudis prebuit.

Quum se sopori dedisset
Christum uidere meruit
uestitum parte clamidis,
quam pauperi donauerat.

Ihesus uoce ueridica
coram /angelis pro- [col. 2.
nuntiat:
Martinus cathecuminus
ac¹³ ueste me operuit.

¹ *linquit* Blume; gloss *delinquit*.

² *dirum quo* Blume.

⁴ *affluens* Blume.

⁶ *uiuens* Lor.

⁸ Martinus] No glosses to this hymn.

¹⁰ *Cui* Blume in note, *Quem* in text.

¹¹ *decem* Blume, regarding the text as a pedant's correction.

¹² i.e. *deuotus*.

³ *martyr ut* Blume.

⁵ *atque* Blume.

⁷ *saeculis* Lor.

⁹ *protulit* Blume.

¹³ i.e. *hac*.

Post paucum uero temporis
renuntians militie
bapti(s)um¹ consequutus est,
et Christi miles factus est.

Cum†² mercedem dominus
pro paucis reddet³ plurima;
episcopatum accepit⁴
nolentes multos inuidos.

Ab obsessis corporibus
pellet⁵ inmundos spiritus,
resuscitauit mortuos,
infirmos multos curauit.

Hoc testis ille not(uit)⁶
qui ei ministrauerat,
quod angelicis fabulis
futura nuntiauerit.⁷

Deo patri.

[VERSUS.] Confessionem et decorem.

HYMNVS SANCTE MARIE IN ADSVMTIONE.

Aue⁸ maris stella,
dei mater alma
atque semper uirgo,
felix celi porta.

/Sumens illud aue [f. 142.
Gabrielis ore
funda nos in pace
mutans Eue nomen.

Solue uincla reis,
profer lumen cecis,
mala nostra pelle,
bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
sumat per te precem

qui pro nobis natus
tulit esse tuus.

Virgo singularis
inter omnes mitis,
nos culpis solutos
mittes fac et castos.

Vitam presta puram,
iter para tutum,
ut uidentes Ihesum
semper conletemur.

Sit laus deo patri,
sumum Cristo decus,
spiritui sancto,
tribus honor unus. amen.

[VERSUS.] Speciem et pulcri.

ITEM ALIA† YMNVS.

* En⁹ pater glorie rutilum¹⁰ gaudiis
cunctis inclaruit orbe fidelium
festa celebria matris altissimi,¹¹
quo felix uehitur /regna perennia.

[col. 2.]

¹ baptismum] s interlined.

² cui Blume.

³ reddit plurimam Blume.

⁴ perh. accipit. The acc. absolute is noteworthy.

⁵ pellit Blume.

⁶ notuit] erasure (notauit?)

⁷ So the MS. not, as Blume prints, nuntiauerat.

⁸ Aue] neums throughout, no glosses.

⁹ En] neums, no glosses.

¹⁰ rutilum] adverbial? inclaruit] neut. pl. with singular verb?

¹¹ so MS. not as Blume altissimae, but probably the fem. is right.

Hec uirgo genetrix uerbo altissimi
talamum regio†¹ prolis perpetui
adsistens regie dextere unici
amictum†² renitens³ regina aurei.

Hec ante secula electa genetrix
Maria nobilis uirginum foscula
gerens uirgineo lumen altissimi
albo sanctissimo deumque hominem.

Celestis nuntius Gabriel angelus
affatur uirgini conceptum filii,
enixa omnium uita†⁴ credentium,
mater puerpera, uirgo perpetua.

Patrata omnia uatum oracula
priorum principum, Micael mittitur
adsumens uirginem corum†⁵ angelico
gestansque glorie trono prefulgido.

Tunc†⁶ uirgo uirginum adepta glorie
sede luciflua oratu petimus
te summis precibus, respice seruulos
deflentes /crimina queque orrentia.

[f. 142.b.]

Oramus domina iam plena gratia
tua ut dominus preces†⁷ sanctissima
gementes lacrimas atque suspiria⁸
ignoscant†⁹ omnibus dira facinora.

Per te altissimi regis auxilium
cuncti exposcimus fidentes famuli ;
detur uirginibus plena perfectio
et continentibus gratia auctior.

Largire mentibus nostris omnipotens
inlapsu spiritu†¹⁰ uite munditia¹¹
pellens†¹² nefario luxu corporeo
tuoque nomini†¹³ dignos effcito.

Sit tibi gloria semper cum genito,
sitque paraclito una potentia ;
sit tuis seruulis proflua gratia,
pater omnipotens, cuncta per secula. amen.*

VERSVS. Ante solem per.

¹ *regium* Blume.

³ *renidens* Blume.

⁵ *choro* 30845 and Blume.

⁷ *prece* 30845 and Blume.

⁸ possibly *gementes...suspiria* should be transposed before *tua*, as Blume, or *gementes* may be acc. abs.

¹⁰ *spiritus?* or *inlapsu?* Blume.

¹⁴ *pulso* Blume.

² *amictus* Blume.

⁴ *uitam* Blume.

⁶ *Nunc* 30845 and Blume.

⁹ *ignoscat* Blume.

¹¹ *munditiam* Blume but perh. neut. pl.

¹³ *nomine* 30845.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Auro lucidior inde regrediens
repperit iuguli¹ sternitur impetu,
cæli agminibus ilico iungitur
comptus uertice laurea.

Ob hoc cunctipotens quæsumus affatim
testis quoue tui ipse precantibus†
acceptis†² placide uota fidelium
dimittasque piacula,

Ac³ culpe cumulus funditus subruat,
subcrescat iugiter gratia auctior,
ut sanctis⁴ meritis /cælibes reddita†⁵
abscedat procul ultio.

[col. 2.]

Sit trinō domino gloria sedula,
regnum perpetuum atque potentia,
uirtute solita qui regit omnia
sustentans pie condita . amen.

VERSUS. Os iusti medita.

HYMNVS IN DIEM SANCTI AGVSTINI EPISCOPI.

Lux deus Christe, pietas redundans,
qui tuum uatem herese reductum
rite Agustinum amansque alumnum
efficis auctum.

Huius obtentu dolum hinc remoue,
patriam serua, populos guberna,
omnis lis absit, affluat redem(p)tis⁶
gratia pacis.

Karitas: efflet⁷ copulans recisos,
sit procul ira, abeat ruina,
cladis⁸ abscedat famis⁸ atque langor,
noxia queque.

Clerus doctrina rutillet corusca,
pontifex celsam†⁹ apicem retentet,
labe abstersa, operibusque almis
post placituri.¹⁰

¹ iuguli] gloss *occisoris uel gladium.*

³ *ut* Blume.

⁶ redemptis] *p* interlined.

⁸ i.e. *clades...fames.*

¹⁰ *placitura* 30845, *plebs placitura* Blume.

² *precatibus acceptes* Blume.

⁴ *sancti* 30845.

⁵ *redditi* 30845.

⁷ *efflet*] gloss *emanet.*

⁹ *celsum* Blume.

/Laus tibi instet iubilo perenni
trinitas simplex, deitasque una,
cuncta qui condens opifex in ethere
crederis auctor. amen.

[f. 143.b.]

VERSVS. In memoria.

HYMNVS IN DIEM SANCTI CIPRIANI.

Vrbis magister Tascie
tu Cipriane pontifex,
fax luminosa et efficax,
uerbo docens et sanguine.
Tu martir et doctor pius,
utroque clarus dogmate,
et stulta uerbis inuis
et docta exemplis fobes.
Celestis ille spiritus,
qui in prophetis prefuit,
te inrigauit celitus,
impleuit, egit, conpultit.
Hinc fonte claro luminum
mentes fobes fidelium,
artus pererrans inuios,
cibis palatum recreans.

Tu passionis gloriam
questu oblato distrahis
mercede(m)¹ mortem con-
parans,
quum te feriret carnifex.
Sic sic docens quod uerum
est, [col. 2.
/fundis beatum sanguinem,
ditans cruore Africam,
uerbo docens Esperiam,
Tu doctor² in terra pius,
tu martir in celestibus,
quod predicasti dogmate,
iac nos tenere per preccm.

Deo patri.

VERSVS. Posui adiutorium.

HYMNVS IN DIEM SANCTE EVFIMIE.

Ecce³ micantia ueluti sidera
nostre Eufimie certatrix⁴ trophea
se uolbens aduexit anni rotatile
cursu nobis iam celeri.

Vota cum gaudiis, crimina lacrimis
mixta perpendere⁵ nunc omnes quo imus⁶
causa⁷ piaculi, uenite prepetes
Christo regi persolbere.

Laudum excubia donat qui⁶ copiam
uirtutis, dimicet utque⁶ uiriliter
cum querentium ipsum ceu propter⁷
animolas conperdere.

¹ mercede] *m* mark added.

² *doctor* Blume.

³ *Ecce*] No glosses to this hymn. The first eight strophes give the acrostic
EVLOGIVS.

⁴ *certantis* Blume. The difficulties of
this hymn are so great that I refrain from obelizing the text.

⁵ *perpendere... cogimur, causam* Blume, unnecessarily. ⁶ *quar... usque* Blume.

⁷ *praepetes animabus conperdere* Blume. I am unable to suggest a satisfactory
reading.

Hoc¹ tali exemplo uirgo nam /insequens
siue² cum socio seui³ lauentia
teatra respuens Christi concremata
amoris iam igniculo.

[f. 144

Gliscunt precordia oppido uirginis
cclestem principis adire talamum ;
reppulit orridi obhoc⁴ edictio
Prisci nempe proconsulis.

In omnem qui iubet iure⁴ prouinciam
suum obseruantem preconem tonare,
tali⁵ cum iussio agnita fuerit
tube uoxque, ut ilico

Vsque se inpronans humi confinia
dii uestigiis martir⁶ sit prostratus,
conlaudans adoret, uenerans, excolans,⁷
libamenque exhibeat.

Sicque repperitur istius sanctio⁸
legis uiolatrix fore⁹ Eufimia
inquiens licitum neue existere
fas(ma)¹⁰ martir turifica.

Hec ubi factum est pate⁶ proconsuli
suis mox adfore /iubet obtutibus
coram Eufimiam, inquiens quur cui-
tata nec⁷ legis fulgida.

[col. 2

Cedens si placide meo intenderis
salubri ortamine hoc a proposito
discedes tenui,⁸ fungi eximiis
mcrebis nam honoribus.

Rennuens tetrico damnatus⁹ carceris
serui¹⁰ ergastulo cum sibi conpares
distincti numero septem¹¹ septies
Christo pro mori nitens.¹²

Ita cruentior lupo ingrediens
sanctam ab agmine sanctorum eripiens
posset quod opinans hanc fonsam¹³ fragili
sexu tandem inlicere.

¹ read *Oc* for the acrostic.² *horrida ab hoc* Blume.³ *dei uestigia Martis* Blume.⁴ perh. *sanctior*.⁵ *fasma*] *ma* interlined ; *fas Martis turificia* Blume, no doubt rightly.⁶ i.e. *patfactum* : *patet* Blume unnecessarily.⁷ *cur lenis temneret* Blume in text, but in the note he defends the text.⁸ *tenaci* Blume.⁹ *saeui* Blume.¹⁰ *nitentes* Blume.¹¹ *libens...saecli* Blume.¹² *ire* Blume.¹³ *excolat* Blume.¹⁴ *fortis* Blume.¹⁵ *damnatur* Blume.¹⁶ *septeni* Blume.¹⁷ *sponsam* Blume.¹⁸ *tali* Blume.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ex hinc prophete bis octuni ueniunt,
populi corde¹ ad salutem instruunt,
errorem uanum ydolorum dextruunt,
credere deum te celestem predicunt
et prestolare incarnatum proferunt.

Milibus quinque ducentis in serie
habens² hic mundus annos ab origine
tunc uerus agnus natus es ex uirgine.
terdenis item³ annis tue tempore
sic a Iohanne tinctus es babtismate.

Debinc presitos eligis apostolos,
Petrum, Andream, Iohannem et Iacobum,
Bartolomeum, Iudamque et Simonem,
Tomam, Filippum et Alfei Iacobum,
/Matheum uero uocans (a t)oloneum.⁴

[f. 145.]

Hic⁵ post ascensum, Christe, tuum ad celos
propere pergitque⁶ ad Eziopios,
mox a Candacis cunuco susceptus est,
prestigiatos liberabit a magos,⁷
in somno uertit dracones seuissimos.

Exortat cetum uanos deos temnere,
et deum uerum Ihesum Christum credere,
ut paradisi fruantur delicie⁷ ;
mox ab Eglippo est accitus principe
et prolem eius suscitatur a funere.

Rex uidens credit et plebs templum construit,
in quo rex lotus coniuxque babtismate,
cum Eufranone plebs et Effigenie,
almam ducentes uitam in progenie,
usque dum cepit Irtacus regimine.

Conuocat namque rex rudis apostolum,
eique regnum spondit⁸ dimidium,
ut celebs illi detur Effigenia,
cui bis centum /alme in cenobia⁹
uirgines erant sacra cum uelamina.¹⁰

[col. 2.]

¹ *corda* Blume.² Blume suggests *labens*.³ *uitalae* Blume.⁴ a teloneum] erasure ; the acc. after *a* are supported by the rhyme.⁵ *Hinc* Blume.⁶ *pergit qui* Blume, to save the caesura.⁷ a fifth declension form ?⁸ *spondit* Blume ; pron. *espondit* ?⁹ the form is supported by the rhyme.¹⁰ cf. Note 4.

Ad hæc Matheus Irtaco exorsus¹ est,
 fas non est regis sponsam seruo ducere,
 nec Christi sponsam fas est tue co()pule²
 iungi; Yrtacus ob hoc mox apostolum³
 percuti iussit punctum³ hictum gladii.

Orans confossus, migrat cęlis anima,
 aurum mox prebet uirgo Effigenia,
 et Christo dignum†⁴ construit uaselicam,
 in qua Matheus requiescit in urna;
 uigent uirtutes per eterna tempora.

Virgines uri rex precepit, set flamma
 uentus inuergens cremat regis atria;
 mox est percussus totus elefantia,
 prolis⁵ arreptus demonis seuissima (),
 se pater cesu†⁶ ense efflat anima.

Regnum hoc cepit frater Effigenię:
 Beor gestabat nomen ex /baptismate; [f. 145.b.
 quem sanctus martir unxeratque crismate;
 prouincie sunt plene mox baselice,
 quo canunt deo dulci modulamine.

Vota rex plebis Christe ratam⁷ effice,
 languidis fabe ęlisosque erige,
 mestis solamen, functis dona requiem,
 arce et pestem, bellum, litem remobe,
 fraterno pacem solida in pectore.

Supplices Christe uernuli exposcimus,
 adsistat fauctor nobis hic apostolus,
 inpetret nostris ueniam sceleribus,
 euulsis cunctis uitiisque funditus
 uita, dum instat, polleat uirtutibus.

Gloria patri personet ingenito,
 gloria sancto spiritu paraclito,
 qui deus unus mundi regi†⁸ fabrica,†⁸
 cuius eterna laus et potentia
 per infinita seculorum secula. amen.

¹ *exortus* Blume.

² *copule*] letter erased.

⁴ *dignam* Blume.

⁶ *sacvitia et pater caesus.. animam* Blume; but the rhyme should be kept and ... may be right.

⁸ *regis fabricam?* but the whole line seems to be an intrusion which has displaced *Gloria Christo semper unigenito*, so Blume.

³ *apostoli.. factus ictu* Blume; as this restores the rhyme it is better than the simpler change *punctu ictum*.

⁵ *i.e. proles?*

⁷ *rata? uotum...ratum* Blume.

HYMNVS IN DIEM DECOLLATIO† SANCTI IOHANNIS.

Hic Iohannes mire natus /de senili uiscere, [col. 2.
ante iudicem prophetans quam sit index editus
prehiit nascendo Christum, prehiit et mortuus.

Hunc tori uino repletus sanguinem¹ iubet rui,
quare stuprum cedit audax coniugalis criminis,
sed sacram sumsit² coronam laureatus³ gloria.

Hic dei precessit unum matre natum filium,
tempore quo⁴ subsequente preco uerax prehiit,
mortis et precursor ipse morte primus concidit.

Nuntiat redemptionem esse Christum seculis,
nuntiat uitale munus esse Christum mortuis,
quare Christum posse dixit probra⁵ mundi tollere.

Hunc rogemus abditorum corda mesta pectorum
ut scelus nostrum repellat motus indulgentia,
conferat et dona uite cum perenne gaudio.

Arceat iram superni quam /pabemus iudicis, [f. 146.
prouocet patris benignam quam sitimus gratiam,
donet et cunctis beatam possidere patriam.

Gloria deo patri sit, gloria sit filio,
sit paraclito manenti semper ingens gloria,
qui deus uiuit per omne seculorum seculum. amen.

VERSVS. Lucerna pedibus meis.

HYMNVS IN DIEM SANCTI MICAELI† ARCANGELI.

Prompta⁶ cuncta catholicę plebs alum(n)a⁷ eclesie,
uota simul exiuite et crimina pandite.
ut cunctorum auctor clemens cunctis prestita prestat.[†]

Micael etenim ille sublimatus nomine,
aula celi conspicuus summi dei nuntius,⁸
princeps angelorum factus, uocabuloque celsus,

Cuius nomen ex uirtute, et opus ex munere,
ab omnipotenti raptum^{†10} obtinet conserbandum,
/ut glorietur in deo cum consortes socios. [col. 2

¹ sanguine Blume.

² laureandus 30845.

⁴ quo] gloss quem; temporeque subsequentem 30845 and Blume.

⁵ probra dixit posse 30845 and Blume.

⁷ alumna] erasure.

⁹ nuntius summi dei Blume.

² summit 30845, sumit Blume.

⁶ Prompta] No glosses to this hymn.

⁸ praestet petita 30845 and Blume.

¹⁰ ratus 30845; ratum Blume.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Tu perennis dei summi uultum pedesque tegis,
inuicem tribusque illis innuens aspectibus.

Vriclo Gabrielo Rafaelo socius,

Hincque flantes flabos¹ flammis bis ternis uolatibus,
scilicet tegentes summa ante mundi exordia
imaue perhacto fine queque sunt nobissima.

Tu creatus creatoris obsequens officio
humilem prelatus axem non linqvis fastigio,
ille cęli dum refuga plectitur in tartaro.

Inde tibi summa uirtus pollet, uigor inclite,
tenebrosis dominare² turbisque dominicis,
iudicare censor suis zabulum cum angelis.

Tu pleuis Iudeę (salus)³ ę† celo missus altor es,
almo uati iubar ferens Danieli oraculo,
/sortem inquit te bellare pro fideli populo. [L. 147.

Inde nos quesumus, alme miles, uictor inclite,
exibe cunctis renatis nunc demum babtismate,
que prestabas olim pie ueteri enigmate.

Tu remobe tela lapsa, sontes iras demonum,
pelle ulcus, arce morbum, aufer omne scandalum;
pax, salus, fidesque serbens omnem tegat animum.

Ecce cuncti conglobati reuoluti temporis
annualem⁴ aule tue dedicatum soluimus;
sit ratum ut regi Christo, tu fabe dum uibimus.

Prebe nobis mente decost⁵ esse mundos corpore,
ne cadamus ceno mole⁶ saucii liuidine;
quo surgamus ad salutem tu clementer subleba.

Tempora fabe tranquilla, auge pacis federa,
ensis /urbis nostre finis⁷ hostilis non dissicct, [col. 2.
labes (mundum)⁸ plage ullum te duce non trucidet.⁹

Discat sexus omnis etas cussa¹⁰ mundi linquere,
uerum Christi callem clines discamus concurrere,
quo queamus cęli portam transitum post petere.

Vltimo dies cum ille resurgenti¹¹ fulserit,
non reorum sorte uincti mancipemur tartaro,
sed urbano lucis loco deputemur libero.

¹ flauis Blume.

² dominari Blume.

³ salus] on shorter erasure; om. e Blume.

⁴ annuale Blume.

⁵ mente decus Blume in text, in note he suggests nos mente decoros; caeris Lor.
Mr. Bannister suggests cletos or laetos.

⁶ ceno molli Lor.; mole...libidinis Blume.

⁷ i.e. fines.

⁸ mundum] on erasure.

⁹ trucidet Blume.

¹⁰ cassa Blume.

¹¹ resurgendi Blume.

Duplex tunc honor dum sanctis digne dignus redditur,
non indignis mala nobis obuiant que gessimus,
sed mutandi transferamur ex fide sideribus.

Quo tibi percomiti,¹ alme Micahel fortissime,
Iherusalem gloriose sic² enixi carmine,
ut inmenso perfruamur rite lucis lumine.

Laudem soli trino fantes numini multimodam,
spiritus, /patris et agni, mox adepti dexteram [f. 147.b.
gaudeamus, exulemus affatim per secula. amen.

VERSVS. Qui facit angelos.

HYMNVS IN DIEM SANCTI IHERONIMI PRESBYTERI.

* **C**hristus³ est uirtus, patris sapientia,
cunctos qui replet spiritali⁴ gratia,
ut prosint⁵ probe digerere norma⁵
et proximorum inlustrare opaca,
ut digne queant fruire celestia.*

Ipsius dono perflatus egregius
olim hic uates nomine Iheronimus
omnibus notus, doctrinarum fontibus
cunctos inrigans ex almis dogmatibus,
ut sol resplendet in ortu ignicomus.

Hic procul cuncta seculi negotia
precalcans⁶ pede uelut⁷ spurcissima
dedecorosa respuitque rescula,⁸
habens⁹ inopum egenaque uiscera
sibi /eterna adquirens stipendia.

[col. 2.

Hic quoque uitam appetit monasticam
et sese ualde strinxit¹⁰ a regula ;
parentes, domos omittens et patria¹¹
Bethlem inuenit rura beatissima,
in qua peregit consummata ()¹² opera.

precanti Lor.

sint Lor. ; *simus mixti* Blume. I despair of this verse.

Christus] No glosses to this hymn.

⁴ *spiritali* Blume.

possint...normulam Blume.

⁶ *precalcans* Blume, unnecessarily ?

read *ueluti* or more probably pronounce *ispurcissima*.

saecula Blume, probably rightly, though *dedecorosas...resculas* is tempting.

alens Blume.

¹⁰ *estringit ad regulam* Blume.

patriam Blume.

¹² erasure of one letter.

Cum¹ esset ferbens calensque ingenio
gentiliumque summo cum studio²
pro elegante lepore prosatico
opus polorum³ recondere animo,
tali meretur corrigi oraculo.

Nam ecce morbus inuadit corpusculum
iamque reclinis dolore in ferculo
ex more quippe funerum uulgalium
obsequiorum tantum ut spiritum⁴
redderet polo et membra in tumulo

Reconderetur, repetens⁵ et concito
alta penetrans ducitur in spiritu,
sistitur nempe principi ethereo,
/cui adstabant miliarum†⁶ legio
exercitatum†⁷ illi absque numero.

[f.]

Mox tonans uerba feriendo conquerit,
Christique seruum mox ut esse conperit,
non ita, uerbis ut testatur, asserit,
cordis tesaurum iudicando aperit,
Tullianumque ueraciter protulit.

Verbera iubet per membris†⁸ inducere,
corpore†⁸ tensus flagella ingerere;
propere lingua ululato⁹ gemere
cepit testare¹⁰ si umquam hunc legere
ausus fuero te negabi domine.

Tunc angelorum adstantium milia
supplici prece flexu†¹¹ orat genua
ut tribuatur postulanti uenia;
sicque reuersus dissicata corpora
cunctis hostendit, ut gesta ueracia

Hęc probaretur¹², non falsa /somnifera
de quibus sepe inludimur improbra¹³
sicque correctus a diuina gloria
ambit precelsa celeste¹⁴ deifica,
nec sibi affectat ultra mundalia.

[cc]

¹ *Dum* Blume.² *opusculorum* Blume, unnecessarily.³ *reconderentur, repente* Blume.⁴ *exercitatum illi] exercitantum illi* Blume.⁵ *membra* Blume. *corpori densa* Blume.⁶ *testari* Blume.⁷ *flexa orant genua* Blume, perh. *flexu orat genua*⁸ *probarentur* Blume, but perh. here and above (n. 15) neut. pl. with sing.⁹ *improba* Blume.¹⁰ *caelestia* Blume; perh. *caeleste* is a gloss which has displaced the right (*caelica*?)¹¹ pronounce *estudio*.¹² pronounce *espiritum*.¹³ *myriadum*?¹⁴ *ululatu*? *ululando* Blume.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

HYMNVS IN¹ SANCTORVM VIRISSIMI MAXIME ET
IVLIE.

Iucundum² nobis hunc diem
sanguis sacrabit martirum
Verissimi Maxime†³
Iulieque sororis fides.

Exultat in his trinitas
in pari leto⁴ numero ;
polum repletur gaudio
de martirum /consortio. [col. 2.

Trauntur ad supplicium
nati gentem†⁵ nobilium ;
se nobiles esse credunt
mori si possent pro deum.⁶

Parari penas imperat
dum fremit impius iudex ;
sanctos turbare nititur
quos conspicit immobiles.

Suspenduntur eculeo
crucis armati uexillo
pro regem⁷ uitam ponere
morti⁸ fideles animas.

Merguntur equore uasto
saxis colla prementibus ;
ueloces⁹ Christi milites
ora¹⁰ tangunt quam remiges.

Vasta Caripdis reddidit,
Olisibona meruit ;
extrema terre finium
cruore pollet martirum.

Inde grates persolbimus
tibi, deo almiñico,
in trinitate unico,
qui das sanctis auxilium.

/Ob hoc precamur [f. 149.
domine
in orum festa martirum
uota cunctorum accipe,
et que poscunt adtribuc.
Deo.

VERSVS. Iustorum.

HYMNVS IN DIEM SANCTORVM FAVSTI
IANVARI ET MARTIALIS.

Clara¹¹ magnis quesanctorum
preparantur gaudia,
Fausti et Ianuarii
Martialis corpora
quum pro Christo deo nostro
traditis ut uictima,¹²

Misticum melos persolbat
et adtollat laudibus
plebs deo dicato†¹³ patri
et honorem deuita,†¹⁴
ymnum dulciter decantant†¹⁵
Christo et paraclito,

¹ sc. DIEM.

³ et Maxime Lor. and Blume.

⁵ gente Lor. and Blume.

⁷ rege Blume.

⁹ uelocius Blume.

¹¹ Clara] No glosses to this hymn.

¹³ read deo dicata ; dicata deo Blume.

¹⁵ read decantans.

² Iucundum] No glosses to this hymn.

⁴ laeta Blume unnecessarily ?

⁶ deo Blume.

⁸ morte Blume.

¹⁰ oram Blume.

¹² uictima] neut. pl. ?

¹⁴ debito honore Blume.

Voce declamans fideli
 beatorum titulis,
 qualiter uicerant oste†¹
 suis cum supliciis
 trinitate†² confitendo
 adepti sunt gaudio.†³

Manibus cruentis ostis
 cum atroci uincula†⁴
 consecratif⁵ beatorum
 laniarent corpora,
 tensus/paritercessosque†⁶[col.2.
 urest flame† cruciat.

Inde oculis euulsis
 cum tenorum†⁷ capite
 nerborum conpage†⁸ soluta
 serbatum⁹ crudelitas,
 conterit corporum¹⁰ ossa
 et medullam penetrans.¹¹

Dextera protecti Christi
 extinguant†¹² incendia ;
 angelico†¹³ medicina
 reformantur lumina,
 confractaque solidantur
 et curantur uulnera.

Stupe†¹⁴ tyrannus suspirans
 tanto in miraculo,
 cum incolomes uideret

quos perire iusserat,
 qualiter uicissent cuncta
 tormentorum genera.

Illic†¹⁵ parienter† ferunt
 quod furentes inferunt,
 scientes¹⁶ quod pro Christo
 tanta que¹⁷ pertulerunt
 celitus adquirens†¹⁸ lucra,
 quam†¹⁹ fruuntur²⁰ iugitur.†²¹

Quidem²² cerneunt†²³ uenire
 missa celo munera,
 angelorum ()²⁴ magna turba
 sursum expectantia,²⁵
 ut sanctorum /corona- [f. 149.b.
 rent
 gloriosa capite.†²⁶

Censuit iudex nefandus
 ut cerbices martirum
 miles gladio truncaret ;
 patuit miraculum,
 cruor cum lacte manauit
 et corona claruit.

Adestote sancti dei
 supplicanti populo,
 et petentibus prebete
 quesitum suffragium,
 regna²⁷ ut participentur
 uestro in consortio.

- ¹ *hostem* or *hostes* ?
² *gaudia* Blume.
³ *consecrata* Blume.
⁴ *cutis nudant capita* Blume ; the strophe seems to me beyond the reach of conjecture.
⁵ *uenerum* Blume.
⁶ *penetrat* Blume.
⁷ *angelico* Blume.
⁸ *illi patienter* Blume.
⁹ *tanta qui* Blume.
¹⁰ *quae* Blume.
¹¹ *iugiter* Blume.
¹² *cerneunt* Blume.
¹³ *about six letters erased*, perh. a neuter word glossed by *turba*.
¹⁴ *expectantiam* Blume.
¹⁵ *capite* Blume.
¹⁶ *trinitatem* Blume.
¹⁷ *ungulo* Blume.
¹⁸ *caesosque urens flamma* Blume.
¹⁹ *page* Blume.
²⁰ *piorum* Blume.
²¹ read *extinguunt* ; *non timent* Blume.
²² i.e. *stupet*.
²³ pronounce *escientes*.
²⁴ *adquirent* ? *acquirant* Blume.
²⁵ *fruuntur* Blume.
²⁶ *quidam* Blume.
²⁷ *regnum* Blume.

Quorum Christus triumphalem
suscepit uictoriam,
conlocantur in supernis
sempiterna gloria,
iugiter ut maneatis
in dei presentia.

Gloria et honor deo,
uirtus et imperio,†
una patri filioque,
inclito paraclito,
cui laus et potestas
per eterna secula. amen.

VERSVS. P.

HYMNVS IN DIEM SANCTARVM NVNILONIS ET ALODIE.

Restant¹ nunc ad Christi
fidem
uirtutis insignia,
que sanctorum /rite [col. 2.
possint
adsequi preconia,
que unius festa diem†²
celebrantur gloria.

Adsunt nempe sanctitatis
nobilis prosapie,
Nunilo siquidem uirgo,
sanctaque Alodia,
que clarent germanitate,
clarentque martirio.

Que ambo³ inueunt†⁴
ætatis infantie†⁵
martires deo qua†⁶ fide
dilitescunt domui,⁷
sed Christi accense igne
enitescunt celibes.

Tunc deinde functionem†⁸
cuiusdam uersipelli⁹
inpelluntur ad conspectum
presidis uiam uici†¹⁰
uitam†¹¹ normam confitentes
Christiani dogmatis.

Protinus regi delate
perducuntur pariter
urbis Osce adsistentes
principis presentia ;
que interrogate pari
Christum uoce clamitant.

/Ylico traduntur alme [f. 150.
priuate custodiam,†¹²
ubi quaterdenum tempus
dierum instantie
respuunt promissiones,
respuunt supplicia.

Sed in tali¹³ mancipate
dierum articulo
non cessant Christum precantes
ut illis constantiam†¹⁴
passionis atque mortis
largiretur obtio.

Igitur completa dies
inluxit feliciter ;
conproducte producuntur
ad forum perneciter
sic se ambo exortantes
ad palmam martirii.

¹ Restant] No glosses to this hymn.

² ambae Blume, unnecessarily.

³ infantia? aetate infantiae Blume.

⁴ domui] i.e. domi.

⁵ uersipellis Blume.

⁶ uiam uici] tyrannici Blume, probably rightly.

⁷ custodiae Blume.

⁸ constantia Blume.

⁹ festi die Blume.

¹⁰ in inuente? in inuentis Blume.

¹¹ quae Blume.

¹² functione Blume.

¹³ uitae Blume.

¹⁴ in tali] uinculis Blume, unnecessarily.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Vt ruat demon et orror,
langor, ulcus decidat,
gratia culpa†¹ sequatur
et scelus clementiam,†²
sit malis omnino finis,
et bonis eternitas.

Laus tibi per omne tempus,
trinitas indifferens,
laus, honor, uirtusque summa,
singularis uictima,³
que deum te seculorum
personet in secula. amen.

VERSVS. Pretiosa.

HYMNVS IN DIEM SANCTORVM VINCENTI SAVINE ET CRISTETE.

Hunc†⁴ uos gratifice, plebs pia, conuocat
uirtutum dominus⁵ testium atria
quo ferti†⁶ dapibus uota calentia
celorum locet⁷ ultima.

Iuncti martiribus iungite gaudia,
Vincenti teneat munera uox pia,
Sauina⁸ recinat celica littera,
Cristetis bona ethera.⁹

Hii mundi misera lucra per ardua
refellunt¹⁰ hominum uabra dolentia;
cedunt punicea colla per omnia
rex Christe tibi laureans.

Simplex ac†¹¹ trinitas te deus unitas
rogamus, precibus horum ut audias
que ipsi¹² petimus, corda calentia
inimense bene†¹³ prorogans.¹⁴

Sit trina pietas¹⁵ ac tibi gloria,
qui unus retinens omnia iudicans†¹⁶
largire†¹⁷ continua perpetim secula
sed ultra bene prosperans. amen.

VERSVS. Exultabunt sancti.

[f. 151.

¹ *culpam* Blume.

² *clementia* Blume.

³ *gloria* Lor. and Blume.

⁴ *Huc* Blume; much of this hymn is very doubtful.

⁵ *uirtute domini* 30845.

⁶ *quod uesti* 30845; *quo festi* Blume; *conferre* Lor.

⁷ *locet in intima* Lor.; *licet intima* 30845. I should prefer *ad atria, conferte* d.u.c.c. *loca in intima* if elision is admissible, but this seems questionable.

⁸ *perh. Sabinam recinant caelica littora?*

⁹ *Christetae bona et aethera? Chystetes bona aethera* Lor., *Christeta bona et hera* Bivar; *Christetes bona et era* Blume.

¹¹ *te trinitas ac* Blume

¹² *bona] bene* Lor. Blume.

¹³ *tra] dritas* Lor.

¹⁴ *Lor., Blume.*

¹⁰ *refellunt] gloss spernuntur.*

¹² *ipsi quae?*

¹⁴ *proroga* Blume.

¹⁶ *iudicas* Lor. Blume.

HYMNVS IN DIEM SANCTI MARTINI EPISCOPI.

Martine¹ confessor dei
ualens uigore spiritus,
carnis fatescens artubus,
mortis future prescius,

Qui pace Christi affluens
in unitate spiritus
diuisa membra eclesie
pacis reformans†² unice.

Quem uita fert probabilem,
quem mors cruenta non tedet,³
quum callidi uersutias
in mortis ora derogas.

Hec plebs fide promptissima
tui diei gaudia
uotis colit fidelibus;
adesto mitis omnibus.

/Per te quies sit ()⁴ temporum,
uite detur solacium,
pacis redundet commodum,
sedetur omne scandalum;

[col. 2.]

Vt caritatis spiritu
sic affluamus inuicem,
quo corde cum suspiriis
Christum sequamur intimis.

Deo patri.

VERSVS. Confessio et mag. Dispersit et.

HYMNVS IN DIEM SANCTI EMILIANI.

Omagne rerum Christe rector inclite,
parent olimphi perpetim cui sidera,
tu uota festis animis fabentia
largire nobis, casta preue et sobria,
placare possint que tuam clementiam.

¹ Martine] No glosses to this hymn.

² *paci reformas* Blume.

⁴ about three letters erased.

³ in other liturgies *lucet* see Blume; perh. *tenet*?

Plebs ecce cuncta deuitum recursibus
solbit dierum prona corde et corpore,
confessa†¹ mente deprecans suffragium,
ut singulorum ponderata questibus
/sustollat alma pectora indulgentia.

[f. 151.]

Letum rependit carmina†² concentibus
cantu† sonoro pangit ore et faucibus,
tuam potentes†³ supplices ut dexteram
probrosa tollens haec nostra corrigas,
sis et malorum fauctor intus flentium.

Semper petentes inpetrare possimus†⁴
nostris medellam morbidis et moribus,
si nos benignus et pius respexeris
qui tanta tantis contulisti serbulis,
ut nil patrono destitisti† gratiam.†⁵

Culpas gementes pandimus mise(r)rimi
non obsequellam perdituri, credimus,
quum copiosa poscitur potentia ;
reis adsistat supplicator optimus,
qui flectat iram proteratque noxia.

Ne quod⁶ beatis sentiat /cohortibus⁷
hostis rebellis pullulare⁸ casibus⁹
nefas¹⁰ caducum germinare†¹¹ odia
fraudem dolumue permoueri machinis,
flammas pudicis conf(l)ag(r)are¹² liliis.

[col.]

Hęc mente rite fixa dum reuolbimus
libet dicatum predicare seruulum
tuum ministrum Christe Ihesum†¹³ uernulum
ut festa mixtis gaudiis quum pangimus
sequatur inde tota te laudatio.

Tu sacra templa, tu pater, celestia
habes sacrata, tu deus per secula
regno potiris et regis presentia,
in sancta¹⁴ sanctis cerneris mirabilis,
regnansque solus mira factis exeris.¹⁵

¹ confessa] gloss *confisa*, *confidita*, read with Blume *confisa*.

² *carminum...cantum* 30845.

³ *tua petentes s. ut dextera* 30845 Blume ; *tua potenter supplicans ut dextera* Lo

⁴ *poscimus* 30845, Blume.

⁵ gloss *cessasti : desit isti gratiae* Blume

⁶ *nec quid* 30845 ; *ne quid* Blume.

⁷ cohortibus] gloss *plectis*. I despair of this verse.

⁸ pullulare] gloss *crescere*.

⁹ casibus] gloss *caditas*.

¹⁰ nefas] gloss *scelus*.

¹¹ *germinaret* 30845.

¹² altered to *confraglare* ; *confraglalet* 30845 : gloss *incendere*.

¹³ *Ihesu* 30845.

¹⁴ *sancte* Blume.

¹⁵ *exseris*] gloss *produs*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ymnite mecum , consonate carmine,
 narrate cuncti , predicate et psallite
 regi perenni, cuius hec sunt omnia ;
 nostri resultet¹ cantici clamoribus
 polique templis² /personet³ concentibus [f. 152.b.]

Gloria patri , gloria sit filio
 una cum sancto spiritu paraclito,
 qui deus unus regit mundi macina,⁴
 disponit cuncta reuolbendo tempora,
 tenetque regnum per eterna secula. amen.

[VERSVS.] Confessionem.

INCIPIVNT HYMNI DE SANCTIS GENERALIBVS.

Sanctorum meritis inclita gaudia
 pangamus , socii , gestaque fortia,
 nam gliscit animus promere cantibus
 uictorum genus obtimum.

Hii sunt quos retinens mundus inorruit,
 ipsum (nam)⁵ sterili flore peraridum
 spreuere penitus , teque secuti sunt
 rex Christe bone cęlitus.

Hii pro te furias atque ferocia
 calcarunt (h)ominu(m)⁶ seuaque uerbera
 cessit his lacerans fortiter ungula(),⁷
 nec carpsit /penetralia. [col. 2.]

Ceduntur gladiis more bidentium,⁸
 non murmur resonat , non querimonia,
 sed corde tacito mens bene conscia
 conseruat patientia.⁹

Que uox , que poterit lingua retexere,
 quod¹⁰ tu martiribus munera preparas
 rubri nam fluido sanguine laureis
 ditantur bene fulgidis.

¹ *resultent* Blume, unnecessarily ?

² *resonent* Blume.

³ *nam*] interlined.

⁴ *ungula*] a letter erased.

⁵ *templi* Blume.

⁶ neut. pl.

⁷ *hominum*] first and last letter erased.

⁸ *bidentium*] gloss *bidentium uocant arietes qui inter octo dentes duos altiores habent quos maxime gentiles in sacrificium offerebant.*

⁹ *patientiam* Dreves.

¹⁰ *quae* Dreves.

T(e, tri)na¹ deitas unaque, poscimus
 ut culpas abluas, noxia sub(traas),²
 des pacem famulis, nos quoque gloria†³
 per cuncta tibi secula . amen.

[VERSVS.] Iustorum animc.

ALIVS YMNVS.

Rex gloriose⁴ martirum
 corona confitentium,
 qui dispuentes terrea
 perducis ad cęlestia,
 Aurem benignam protinus
 adpone nostris uocibus ;
 trophea sacra pangimus ;
 ignosce quo(d)⁵ deliquimus.

[VERSVS.] Exultabunt sancti.

Tu uincis in martiribus ;
 parcendo confessoribus
 /tu uince nostra crimina, [f. 153.
 donando indulgentia.†⁶
 Presta pater.

ALIOS HYMNOS DE SANCTIS SIVE
APOSTOLORVM.

Exultet⁷ celum laudibus,
 resultet terra gaudiis,
 apostolorum gloria†⁸
 sacra canant solemnna.

Vos secli iusti iudices
 et uera mundi lumina
 uotis precamur cordium
 audite preces supplicum.

Qui cęlum uerbo clauditis
 serasque eius soluitis,

nos a peccatis omnibus
 soluite iussu quesumus.
 Quorum precepto subditur
 salus et langor omnium,
 sanate egros moribus
 nos reddentes uirtutibus.
 Vt cum iudex aduenerit
 [Christus]⁹ in finem†¹⁰ seculi,
 nos semp[iternis] gaudiis
 facias es[se compotes].
 Deo patri.

ALIVM.

Eterna¹¹ [Christi munera]
 apostol[orum] gloria†¹²
 laudes] /canentes debitas [col. 2.
 letis canamus mentibus.

Ecclesiarum principes,
 belli triumphales duces,
 cęlestis aule milites
 et uera mundi lumina.

¹ Te trina] on erasure.

² gloriam Lor. Dreves.

³ quod] d interlined.

⁷ Exultet] No glosses to this hymn.

⁹ Christus] part of the leaf torn and partially restored in a later hand.

¹⁰ sine Dreves.

¹¹ Aeterna] No glosses to this hymn.

² subtrahas] on erasure.

⁴ Rex gloriose] No glosses to this hymn.

⁶ read indulgentiam.

⁸ gloriam Dreves.

¹² gloriam ?

Deuotif¹ sanctorum fides,
 inuicta spes credentium,
 perfecta Christi karitas
 mundi triumphant² principes.
 In his paterna gloria,
 in is uoluntas spiritus,

exultat in is filius,
 celum repletur gaudio.
 Te nunc redemptor quesumus,
 ut martirum consortio
 iungas precantes serbulos
 in sempiterna secula . amen.

ALIA.

Eterna Christi munera
 et martirum uictorias,
 laudes canentes debitas,
 [le]tis³ canamus mentibus.
 [Terror]re uicto seculi
 penisque spretis [corpor]is
 mortis sacre [conpendi]o
 uitam beatam [possident].

et uestiarum dentibus,
 armata seuit unguis
 tortoris insani manus.

Nudata pendent uiscera,
 sanguis sacratus funditur,
 sed permanent immobiles
 uite perennis gratia .

/Traduntur igni [f. 153.b.
 martires

[P]resta.⁴

ITEM HYMNI VNIVS IVSTI.

Deus tuorum militum
 sors et corona, premium
 laudes canentes martiris
 absolute nexum⁵ criminis.
 Hinc⁶ nempe mundi gaudia
 et blandimenta noxia
 caduca rite deputans⁷
 peruenit ad celestia.
 Penas cucurrit fortiter
 et sustulit uiriliter,

pro te ()efundens⁸ san-
 gu[ine]f⁹
 eterna dona possid[et].]

Ob hoc precatu() su[pplic]es¹⁰
 te poscimus piissi[me],
 in hoc] triumpho ma[rtiris]
 dimitte] /noxam [col. 2.
 seruulis .

Presta.

[VERSVS.] Iustum deduxit dominus.

ALIVS.

Martir¹¹ dei, qui unicum
 patris sequendo filium
 uictis triumphans¹² hostibus
 ui(c)tor¹³ fruens celestibus,

Tui precatu munere
 nostrum reatum dilue,
 arcens mali contagium
 uite remobens tedium.

¹ *deuota* Dreves.

² *laetis*] see note ⁹ p. 269 *supra*.

³ *neat* Dreves. ⁶ *Hic* Dreves.

⁴ *effundens*] r (?) ⁶erased.

¹⁰ *supplices*] *ces* erased and one letter after *precatu*; *precatu supplici* Dreves.

¹¹ *Martyr*] No glosses to this hymn.

¹³ *uictor*] c interlined.]

² *triumphat principem* Dreves.

⁴ *Praesta*] *P* erased.

⁷ *deputans*] gloss *respiciens*.

⁹ *sanguinem, etc.*] See note ¹ p. 269.

¹² *triumphas* Dreves.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Digna que pena reuocat in ora
nostra, quam¹ dira miseros perurguet
pendere mundo uariante facta
cēlitus ira.

Tu procul casus prohibe tonantis,
pelle peccata, tenua² furorem ;
pestis et morbus petimus recedat³
sospite cibe.

Moribus cunctis⁴ moderare uitam,
confer et sudam placidamque mentem ;
corda uirtutum meditentur arma
munere Christi.

/Sancte tu prebe quotiens rogaris
profluos fructus pluuiasque largas ;
credimus cuncta domino fabente
te dare posse.

[f. 154b]

Credimus Christum pretium laborum
premium ()iustum⁵ studiis dedisse,
a quibus a(r)tus⁶ etiam solutus
morte bearis.

Gloriam Christo patulo canamus
ore prestanti siue⁷ seruienti,
tanta qui pollet deitate simplex
trinus et unus . amen.

VERSVS. Confessionem et decorem.

ALIA.

Confessor hic probabilis
extorris quo confluent⁸
ueri ad aram numinis
oris deo fert ostiam.

Quam patris acceptant manus,
quam Christus ipse conprobat
ratam fidelem uiuidam,
qua lucidantur intima.

Nil tam deo probabile
munus conlatum permanet,

quam si per oris uictimam
litemur⁹ illi hostiam.

/Hic ergo filium dei [col. 2.
confessus ore nobili
cēlestis aule curiam
intrat perennis incola.

Per hunc, redemptor domine,
nos confitentes protege,
quo passione uulnerum
cēli petamus intimum .

Presta.

¹ quam] *cum* Blume.

² *recedant* Blume.

³ about two letters erased.

⁴ *sibi* Blume with some MSS., the text seems metrically inadmissible.

⁵ confluent] can hardly be right ; *profluens* Blume (ex conj. ?).

⁶ *slitemu* Blume.

⁷ tenua] gloss *mitiga*.

⁸ *cultis* Blume.

⁹ artus] *r* on longer erasure.

ALIO.†

[**esu**¹ redemptor omnium,
perpes coronam†² presulum,
n hac die clementius
nostris faueto uocibus,

Qui sacrique†³ nominis
onfessor almus claruit,
uius celebrat annua
deuota plebs sollemnia,

Qui rite mundi gaudia
huius caduca respuens

cum angelis celestibus
 letus potitur premiis.

Huius benigne annue
 nobis sequi uestigia;
 huius precatu serbulis
 dimitte noxam criminis.

Sit, Christe rex piissime,
 tibi patrique gloria,
 cum spiritu paraclito
 /in sempiterna secula. [f. 155.
 amen.

[VERSUS.] Confessio et mag.

HYMNVS VNIVS VIRGINIS.

Virginis⁴ proles opifexque matris,
 uirgo quem gessit, peperitque uirgo,
 uirginis festum canimus, tropheum
 accipe uotum.

Hęc tua uirgo duplici beata
 sorte dum gessit†⁵ fragilem domare
 corporis sexum domuit cruentum
 corpore secl(i).†⁶

Inde nec mortem nec amica mortis
 seua penarum genera pabescens
 sanguine fuso meruit sacratu(m)⁷
 scandere cel(um).⁷

Huius obtentu deus alme nostris
 parce iam culpis uitia remittens,
 quo tibi puri resonemus almu(m)
 pectoris hymnum.

Gloria patri genitoque proli,
 et tibi, compar utriusque semper
 spiritus alme, deus unus omnis
 tempore seculis.†⁸ amen.

[VERSUS.] Speciem.

¹ Iesu] No glosses to this hymn.

² sacri qua Dreves.

³ gessit conj. Dreves.

⁷⁻⁸ m erased, caelum altered to caeli; secreta caeli Dreves.

² corona Dreves.

⁴ Virginis] No glosses to this hymn.

⁶ secli] i on erasure; seclum conj. Dreves.

⁸ secli Dreves.

HYMNVS DE VIRGINIBVS.

Ihesu¹ corona uirginum,
/quem mater illa [col. 2.
concipit,
que sola uirgo peperit,
hec uota clemens accipe.

Qui pascis inter lilia
septus choreis uirginum,
sponsas decoras gloria,
sponsisque reddis premia.

Quo quumque pergis uirgines
sequuntur atque laudibus
post te canentes cursitant,
hymnosque dulces insonant.²

Te deprecamur largius
nostris adauge mentibus³
nescire prorsus omnia
corruptionis uulnera.

HYMNVS DE SACRATIONE BASELICE.

Ecce⁴ te Christe tibi kara semper,
te redemptorem omnium⁵ potentem,
supplici poscit pietate patrem
turba precantum.

Hic sacra ut sedis⁶ tua sempiterna
perpetim constet maneatque nostris
proxima culpis ueniam⁷ perhactis
/corpore et⁸ corde.

[f. 155.b.]

Porta hic celi pateat redemptis,
clausa damnatis, reserata iustis,
ueritas, uita, uia, lux et ignis
influe mitis.

Hic homo uerus, deus et magister,
petra et pastor, ouis et sacerdos.
panis et uitis, sator et creator,
respice plebem.

Hic manat⁹ rupis laticis¹⁰ beatos,
abluat noxas uitiis peremtis,
innobet mentes maculis remotis
fonte perenni.

¹ Ihesu] No glosses to this hymn.

² sensibus Dreves.

³ nimium Blume.

⁴ i.e. *sedes*; om. *ut* Blume, probably rightly, the text being conflated from *Ecce* *sacra sedes* and the variant *sacra ut sedes*.

⁵ om. *ut* Blume.

⁶ i.e. *rupes latices*.

⁷ *personant* Dreves.

⁸ Ecce] No glosses to this hymn.

⁹ *uenia* Blume.

¹⁰ *Manet hic* Blume.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Hoc in templo, deus summe,
 exoratus adueni,
 et clementi bonitate
 precum uota suscipe,
 largam benedictionem
 hic infunde iugiter.

Hic promereantur†¹
 petita accipere²
 et adepta possidere
 cum sanctis perenniter,
 paradisum introire
 translati in requiem.

HYMNVS IN ANNIVERSARIO SACRATIONIS BASELICE.

Christe, cunctorum dominator alme,
 patris æterni genitus ab ore,
 supplicum uota pariter et³ hymnum
 /cerne benignus.

[col. 2.]

Cerne quod puro deus in honore
 plebs tua supplex resonat in aula,
 annua cuius reuoant⁴ colenda
 tempore festo.

Hęc domus rite tibi dedicata
 noscitur, in qua populus sacratum
 corpus adsummit, bibit et beatum
 sanguinis austum.

Hic sacrosancti latices ueternas
 diluunt culpas perimutque†⁵ noxas⁶
 crismate uero, genus ut crehetur
 Cristicolarum.

Hic salus egris, medicina fessis,
 lumen orbatis, ueniamque†⁷ nostris
 fertur offensis, timor atque meror
 pellitur omnis.

Demonis seua pe(ri)t⁷ hic rapina,
 peruicax monstru(m)†⁸ pabet et retenta
 corpora linquens fugit in remotas
 ocuis umbras.

Hic locus ()⁹ nempe uocitatur aula
 regis inmensi niucaque cęli
 porta, que uite patriam petentes
 /accipit omnes.

[f. 156.b.]

¹ *promereantur omnes* Dreves.

² *pariterque* Dreves.

³ read *perimuntque*.

⁷ *perit*] erasure.

⁹ erasure of about six letters.

² *accipere*] gloss *akaptare*.

⁴ *reboant*] *redolent* Dreves.

⁶ read *ueniaque*?

⁸ altered from *monstrum*.

Turbo quam nullus quatit, aut uagantes
diruunt uenti, penetrantque nimbi,
non tetrus ledit piccus tenebris
tartarus orrens.

Quęsumus ergo, deus, ut sereno
annuas uultu famulos gubernans
qui tui summo celebrant amore
gaudia templi.

Nulla nos uite cruciet molestas,
sint dies leti placideque noctes,
nullus ex nobis pereunte mundo
sentiat ignes.

Hic dies in quo tibi consecratam
conspicis aram tribuat perenne
gaudium nobis, uigeatque longo
temporis usu.

Gloria summum resonet parentem,
gloria natum, pariterque sanctum
spiritum dulci moduletur hymno
omne per eum.

HYMNVS DE RESTAVRATIONE BASELICE.

O beata Iherusalem
predicanda /ciuitas, [col. 2.
qui tuis leta triumph(a)s¹
in supernis ciuibus
innouata regis amplo
claritatis stigmatē.

Fulgidum gestas honorem
plena mater filiis,
pacis alme gloriosis
letabunda finibus,
rite restaurata clarof²
sanctitatis lampade.

Hic tui templi refulget
sanctior memoria
iure restorationis
lucido fundamine,
cum decoris pollet aucto
dignitatis sidere.

Te precamur hic adesse,
conditor sanctissime,
hicque promptus consecrandis
sedibus inlabere,
atque consecrator ipse
hic adesto iugiter.

Iam tui templif³ honoris
effic nos seruulos,
non caro, non corda nostra
militent discrimini,
sed tuo sacro dicati
seruiamus nomini.

Hic tui altaris haram
cum /decoris gloria [f. 157.
rite rursus reparatam,
rex superne, uisita;
hic tua uirtus redundet,
hic honor refulgeat.

¹ triumphas] & interlined over i.

² templum Blume.

³ clara Blume.

Regis hoc altare summi
 sit coruscum lumine,
 sit honore mancipatum,
 sit repletum gaudio,
 sit beatum, sit serenum,
 sit placens regi deo.
 Hic tibi nostrorum alma
 cordium altaria
 consecra, superne iudex,

innouans nos gratia,
 sedibus inlapsa donans
 de supernis munera.
 Vt tibi per omne tempus,
 trinitas sanctissime,¹
 sit honor, immensa uirtus,
 et perennis gloria,
 qui deus in trinitate
 permanes in secula.

HYMNVS IN ORDINATIONE EPISCOPI.

Verus redemptor, Christe, lumen luminis,
 ymago patris, splendor inuisibilis,
 de patre natus antecedens tempora,
 ex matre uero prodiens in tempore,
 /promissionis fedus implens deuite,

[col. 2.

Tu es sacerdos, tu sacerdotes creas,
 tu principatum sortis huius floride
 Aaron dedisti consecrator inclite,
 perfusione sacrosancti unguinis
 et ueste sancta cultum eius preparans.

Sublime cuius in caput premittitur
 nitens olimpo² mitra³ auri()⁴ lamina,
 stola decoris uestimento phoderis
 ambitus⁵ idem quem sacratam⁶ nuntiat
 inpressa uestis⁷ et colorum dignitas,

Coccus, iacinctus, torta bissus, purpura,
 cultus dicati preferentes gloriam ;
 uestis sacrate hora (tin)tinnabulis⁸
 erant corusca rite dependentibus,
 ut templum intrans audiretur pontifex.

Distincta gemmis pulcritudo (poterit)⁹ pectoris
 affigebatur sub figuris optimis,
 zmaracodus illic, sardius, topadius,
 onicinus, carbunculus, ligurius,
 saffirus, hyaspis et nitens crisolitus,

¹ *sanctissima* Blume.

² *olympo*] *oliuum* Lor. ; *oliuo* Blume.

⁴ *auri*] one letter erased.

⁵ *ambitus*] Gloss *ornatus* ; *ambitur* Blume, proba. l. rightly.

⁶ *sacratum* Blume.

⁸ *tintinnabulis*] *tin* interlined.

³ *mitra*] Gloss *ornamentum capitis*.

⁷ *uestis* Blume.

⁹ *poterit*] deleted by rubricator.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Sint carne puri, sint et ore fulgidi,
 sint (h)ospitales,¹ sint amantes inuicem ;
 signis coruscent sanitatum /compotenst² ; [f. 151.
 uirtute pellant spiritus demonia
 et ueritatis conualescant gratia.
 Retorta bissus castitatis floride³
 et unitatis punice concordia
 indesinenter corda horum repleant,
 quo⁴ dum patenter mentibus consederint,
 adstare possint Christi ad aram liberi.
 Sit his potestas ligare†⁵ et soluere
 episcopali probra priuilegio,
 curare moruos corporum uel mentium,
 compassionis ferre testimonium,
 portare†⁶ motum litis horte scandalum.
 Vt de peractis sanctitatis cursibus
 uite coronam, quam parasti omnibus
 te Christe uero corde diligentibus,
 hii consequantur post triumphos seculi,
 regno perenni consecrandi perpetim.
 Sit trinitati.

ITEM HYMNVS IN NATALICIO EPISCOPI.

Laudem⁷ Christo plebs dicata
 /concinnat in seculis, [col. 2.
 qui sacrauit sacerdotem
 conparem apostolis
 et remedia concessit
 exquisita populis.
 Exultet chorus fidelis,
 letent⁸ in precordiis
 de manu sacerdotali
 precepturif⁹ hostiam
 Christi corporis perenni
 comitante gratia.
 Cęlo†¹⁰ refulgens lumen
 repleuit discipulos,
 et doctrina gratiarum

peruenit in posteros,
 regnum hoc sacerdotale
 quod presentes cernimus.

Benedictionis donum,
 et chorona¹¹ glorie,
 indumentum nubtiale
 premium, septemplici
 decorauit hunc doctorem¹²
 Christus suo munere.

Ipse populum et clerum
 per huius suffragia
 protegat in suo templo
 pietatis dextera,
 et adto!lat in futuro
 indulta facinora.

¹ hospitales] *h* interlined.

³ *fulgidæ* Blume.

⁴ *quæ* Lor. Blume.

² *compotes* Lor. Blume.

⁵ *et ligare* Lor. Blume.

⁶ portare] can hardly be right. Possibly *procul remotum*, if *sit* can be supplied from the beginning of the verse.

⁷ Laudem] No glosses to this hymn.

⁸ *laetentur præcordiis*, or perh. *præcordia* Blume.

⁹ read *percepturi*.

¹⁰ [*De*] *cælo* Blume.

¹¹ perh. *coronam*; the reading is not very satisfactory.

¹² *decorem* Blume, without notice of the MS. reading.

Quesumus tuam petentes
/eternam clementiam [f. 158.b.
annua recursionis
per longa¹ tempora
ut hunc diem celebremus
cum summa letitia.

Gloriam canamus patri
cum honore deo, filioque redemptori
simul et paraclito,
qui regnat per infinita
et eterna secula.

HYMNVS IN ORDINATIONE REGIS.

Inclite² rex magne rerum,[†]
consecrator principum,
ueritas signata patris
Christi[†] uero stigmatē,³
quo fabente regna durant
atque reges inperant,
Prouee regnum fidelis
principis ad gloriam ;
unguine sacro nitescat,
sanctitate floreat.
fulgeat uite corona,
polleat clementia.

Gaudeat cum plebe totus,
tota plebs cum principe ;
sit dies natalis huius
feriata gaudio ;
sit piis omnino uotis
plena exultatio ;
Vt pie tenendo regnum
cum /beatis moribus, [col. 2.
in quibus nunc principatur,
sic modestus inperet,
quo simul cum his fruatur
sempiterno munere.

Gloria patri melodis.

VERSVS. Domine salbum fac regem.

ALIVS IN NATALICIO REGIS.

Anni⁶ peracto circulo
adest dies celebrior
natale nobis principis
nouans curso⁷ temporis.

Quo matris aluo proditus
diem petiuit seculi
lucisque huius prodige
intrauit hortum nesciens.

Tunc⁸ tu, creator obtime,
cunabulis⁹ infantie

uctum per oras temporum
perfectum abbas in uirum.

Ob hoc, deus, te poscimus,
ut huius adsis questibus
fobens rogantem munere
poscentis audiens precem ;

Quo lucis huius terminum
inmaculatus transeat
metam labentes^{†10} seculi,
pergens gradu inculpabili.

Deo patri.

¹ perhaps *longinqua* ; *longuena* Blume.
² *regum* Lor. Blume.
³ *chrismate* Blume.
i.e. *recursu*.
canalibus Blume.

² Inclite] No glosses to this hymn.
⁴ *Christe* Lor. Blume.
⁶ Anni] No glosses to this hymn.
⁸ *Hum* Blume.
¹⁰ *labentis* Blume.

HYMNVS PRO PLVBIA POSTVLANDA.

/Squalent¹ arua soli puluere multo,
 pallet siccus a(g)er,² terra fatescit ;
 nullus roris honus,†³ nulla uenustas,
 quando nulla uiret gratia florum.

[f. 15]

Tellus dura sitit nescia roris,
 fons iam nescit aquas, flumina cursus ;
 herbam nescit humus, nescit aratrum,
 magno rupta patet turpis hyatu.

Estus†⁴ ferbet humus, igneus ardor
 ipsas urit aues, frondea ramis†⁵
 fessis tecta necat,†⁶ puluis harene
 sicco disputur ore uiantis.

Ventis ora fere, bestia uentis,
 captantesque uiri flamma uenti,†⁷
 uentis et uolucres ora recludunt
 ac⁸ mulcere sitim fraude uolentes.

Fetus cerua suos, pignera cerua,
 fetus cerua sitim†⁹ fessa recusat,
 fetus cerua pios mesta relinquit
 quesitam quoniam non ue(n)it†¹⁰ herbam.

Venerunt iuuenes pocula noti
 /querentes putei, limphaque fugit,
 et uasis uacuis tecta reuisunt
 fletus heu proprio¹¹ ore bibentes.

[col.]

Bos presepe suum linquit inane,
 pratorumque uolens carpere gramen
 nuda†¹² uersat humus,† sic pecus omne
 fraudatum moriens labitur herbis.

Radices nemorum rustica plebes
 explorat miscro curba lauore,
 Solarique famem cortice querit,
 nec sucos tencros arida prestat.

Hanc peccata famem nostra merentur,
 sed mercem¹³ propriam Christe fobeto ;

¹ Squalent] No glosses to this hymn.² ager] g erased ; *acr* Lor.³ *ruris honos* Migne, P.L. xvii. 1175, Blume.⁴ *Aestu* Lor. Blume.⁵ *rami* Migne, Blume.⁶ *negant* Lor. Blume.⁷ *uentis* Migne, Blume.⁸ i.e. *hac*.⁹ *siti* Lor. Blume.¹⁰ *uehit*] altered to *uenit*.¹¹ *proprios* Blume.¹² *nudam.. humum* Migne, possibly the original reading here.¹³ *merce propria* Migne.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Euersos¹ uideas arbore nidos
 pullis cum teneris per freta duci,
 nec matrem exilio ponere curas
 maioresque metu congere† fretus†².

Spectat turba uirum, turba fenestris
 spectat feminei turba pudoris,
 deploratque fame†³ turba precantum,
 uictum nauigiis nauta ministret.⁴

Ihesu parce tua morte redemptis,
 prior diluuium pertulit etas,
 ut mundaret aqua crimina terre ;
 sed mundata tuo sanguine terra est.

Ramum missa ferens ore⁵...

* * *

[HYMNVS IN VISITATIONE INFIRMORVM.]

.../sic quibus⁶ te nunc petimus ()⁷ mederi,⁸ [f. 1
 ut tuam omnis recubans medellam
 sentiat eger.

Quo, per inlata mala dum teruntur,
 eruditorum numero decori
 conpotens†⁹ intrent sociante fructu
 regna polorum.

Gloria patri, genitoque proli,
 et tibi conpar utriusque semper,
 nomini trino, deitati soli
 sidera clament. amen

VERSVS. Sana nos domine et sanabimus.†

HYMNVS DE DEFVNCTIS GENERALIS.

Christe¹⁰ rex mundi creator
 et redemptor inclite,
 uota plebis obsecrant(c)s¹¹
 tu benigne suscipe ;
 supplici uoce precamur,
 postulatus adueni.

Mortis olim tu potenter
 uinceret ut principem,
 tartara seua petisti
 dira claustra diruens,
 ferrea uincla resoluens
 et retrusos eximens.

¹ *Euersa* Blume.

³ *famem* Migne, Blume.

⁵ after f. 159 two (?) leaves wanting.

⁶ The hymn beg. *Christe caelestis medicina patris.*

⁷ Erasure of five or six letters.

⁹ *compotes* Lor. Blume.

¹¹ *obsecrantis*] *e* altered to *y*.

² *cogere fetus* Migne, Blume.

⁴ *ministrat* Migne, Blume.

⁸ *mederi*] gloss *curari* ; *medere* Blume.

¹⁰ *Christe*] No glosses to this hymn.

**Hoc triumpho confidentes
mente /prona quesumus, [col. 2.
mortuis ut des quietem,
cum quiete gaudium,
dextere partis¹ tropheum
cum beatis omnibus.**

**Non eos flamma perurat,
non catena uinceat,
uermis illius pauendi**

nemo penam sentiat,
sed tuo dono beati
absque fine gaudeant.
Prestet hec unitas semper
atque summa trinitas,
cuius est perenne nomen
sempiterna claritas,
(qui deus trinus et unus
regnat ante secula).² amen.

VERSVS. Animas.

ITEM ALIUS AD OBSEQUIAS SACERDOTVM
DEFVNCTORVM.

Deus igne³ fons animarum
duo qui socians elementa
uibus simul ac moribundum
hominem pater effigiasti.⁴

Tua⁵ sunt, tua, rector, utraque
tibi copula iungitur horum,
tibi dum uegetata choerent,⁶
spiritus simul et⁷ caro seruit.

/Rescisa sed ista [f. 160.b.
seorsum

soluunt hominem perimuntque ;
humus excipit arida corpus,
animam⁸ rapit aura liquorem.

Quia cuncta creata necesse est
labefacta senescere tandem,
compactaque dissociari,
et dissona texta retexi.

Hanc tu, deus obtime, mortem
famulis abolere paratus
iter inuiolabile monstrans,⁹
quo perdita membra resurgant ;
Vt dum generosa caducis
ceu carcere clausa ligantur,

pars illa potentior extet
qua¹⁰ germen ab ethere traxit.

Sit¹¹ terrea forte uoluntas
luteum sapit et graue captat,
animus quoque pondere uictus
sequitur sua membra deorsum.

At si generis ignei memor¹²
contagia pigra recuset,
uehit hospita uiscera secum
pariterque reportat ad astra.

/Iam¹³ quod requiescere [col. 2.
corpus

uacuum sine mente uidemus
spatium brebe restat, ut alti
repetat collegia sensus.

Venient cito secula, quum iam
socius calor ossa reuisset,¹⁴
animataque sanguine uiuo
habitacula pristina gestet.

Que pigra cadabera pridem
tumulis putrefacta iacebant,
uolucres rapiuntur¹⁵ in auras
animas comitata priores.

¹ *patris* Blume.

² *ignee* Dressel.

³ *Tua*] Against the 2nd, 3rd, 4th, 12th, 15th, 16th, 17th, 40th and 41st strophes is the marginal mark ÷.

⁷ *et spiritus et* Dressel.

⁹ *monstras* Dressel.

¹¹ *Si* Dressel.

¹³ *Nam* Dressel.

¹⁵ *rapiuntur* Dressel.

² qui deus...secula] on erasure.

⁴ effigiasti] gloss *plasmasti*.

⁶ i.e. *coherent*.

⁸ *animae* Dressel.

¹⁰ *quae* Dressel.

¹² *memor ignis* Dressel.

¹⁴ *reuisat* Dressel, gloss *uisitabit*.

Hinc maxima cura sepulcris
inpenditur, hinc resolutos
honor ultimus accipit artus
et funeris ambitus ornat.

Candore nitentia claro
pretendere linthea mos est,
adsparsaque mirra suabeo¹
corpus medicamine seruat.

Quidnam sibi saxa cauata,
quid pulcra uolunt monumenta,
nisi quod res creditur illis
non mortua, sed data somno?

Hoc prouida Christicolarum
/pietas studet, utpote [f. 161.
credens

fore protinus omnia uiua,
que nunc gelidus sopor
perurguet.²

Quia dum³ iacta cadauera
passim

miserans tegit aggere⁴ terre,
opus exhibet illi⁵ benigno⁶
Christo pio⁷ omnipotenti;

Quia lex eadem monet omnis
gemitum dare sorte sub una,
cognitaque⁸ munera⁹ nobis
aliena in morte dolore.¹⁰

Sancti sator ille Thobie,
sacer ac uenerabilis heros,
dapibus iam rite paratis
ius pretulit exequiarum.

Iam stantibus ille ministris
ciatos ac fercula liquit,¹¹
studioque accinctus humandi
fletu¹² dedit ossa sepulc(h)ro.¹³

Veniunt mox premia celo
pretiumque reponditur ingens
nam lumina nescia solis
inlitaque¹⁴ felle serenat.

Iam tunc docuit pater orbis
/quam sit rationis egenis [col 2.
mordax et amara medella,
quum lux animum noua uexat.

Docuit quoque non prius ullum
celestia cernere regna,
quam nocte et uulnere tristi
tolerauerit aspera mundi.

Mors ipsa beatior inde est,
quod per cruciamina leti
uia panditur ardua iustis
et ad astra doloribus hitur.

Hinc¹⁵ mortificata uirescant,
redeunt melioribus annis,
nec post obitum recalescens
conpago fatiscere nouit.

Hęc, que modo pallida tabo
color auidus¹⁶ inficit, hora¹⁷
tunc flore uenustior omni
sanguis cute tinguet amena.

Iam nulla deinde senectus
frontis decus inuida carpit,¹⁸
machies neque sicca lacertos
suo tenuauit adheso.

Moruus quoque pestifer, artus
qui nunc populatur anelus,¹⁹
/sua tunc tormenta [f. 161. b.
resudans

luet inter uincula mille.

Hunc eminus ahere ab alto
uictrix caro iamque perennis

¹ Sabaco Dressel.

² uiget Dressel.

⁴ aggere] gloss montone.

⁶ benignum Dressel.

⁸ cognataque Dressel.

¹⁰ dolere Dressel.

¹² fletu Dressel.

¹³ deus inlita Dressel.

¹⁶ auidus] gloss cupidus; albidus Dressel.

¹⁹ carpit Dressel.

³ Qui iacta Dressel.

⁵ ille Dressel.

⁷ pius Dressel.

⁹ funera Dressel.

¹¹ liquit Dressel.

¹³ sepulchro] & interlined.

¹⁸ Sic corpora mortificata Dressel

¹⁷ hora] i. e. ora.

¹⁹ anhelos Dressel, gloss fatigatus.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



deus sorde¹ rogamus piatas
hęreui rogis² fac alienas.

Sit honor tibi , fons pietatis,
laus , gloria , summa potestas
patri , genito sibe dono,

orbem regis³ qui deus unus.
amen.

VERSVS. Conuertere domine
aliquantulum.

HYMNVS DE VNO DEFVNCTO.

Hic functionis dies est†⁴
/credentis in te, rex [col. 2.
deus,
functi fidei(s)⁵ spiritum
transduc choris cęlestium.

Huius tenebras discute,
peccata huius dissice,⁶
locetur in celestibus
iunctus polorum ciuibus.

Serena huic micet dies,
sidus perenne splendcat,
nullis teratur tediis,

summis feratur gaudiis ;
Vt inferorum carceres
et claustra queque orrentia
pertransiens in ethera
celi fruatur patria.

Hinc et recepto corpore
resurgat hic ad gloriam,
te(n)entis⁷ au(c)ta⁸ gratia
laudans perennis incola.

Presta pater.

VERSVS. Anima eius in bonis
demorauitur.

IMNI VESPERTINI DOMINICALES QVOTTIDIANI.

Inuentor rutili dux bone luminis,
qui certis uicibus tempora diuidis,
merso sole chaos inruit⁹ orridum,
lucem redde tuis Christe fidelibus.

[f. 162.b.

Quamuis innumero sidere regiam
lunarique polum lampade pinxeris,
incursu†¹⁰ silicis lumina nos tamen
monstras saxigeno semine querere ;
Ne nesciret homo spem sibi luminis
in Christi solido corpore conditam,
qui dici stabilem se uoluit petram,
nostris igniculis unde genus uenit,

¹ sorte...a portis Blume.

² orbis regi Blume.

³ fidelis] s interlined.

⁷ tenentis] n altered from m, te mentis Blume.

⁹ inruit Dressel.

² regis Blume.

⁴ est dies Neale, Blume.

⁶ disice Blume, gloss separari.

⁸ aucta] e interlined.

¹⁰ incussu Dressel.

Pinguist¹ olei rore madentibus
 lucinist² aut facibus pascimur³ aridis,
 quin et fila fabis scirpea⁴ floreis
 presso melle prius conlita fingimus.

Viua⁵ flama uiget, /seu caba testula
 sucum linteolo suggerit ebrio,
 seu pinus piceam fert alimoniam,
 seu ceram teretem stupa calcens bibit.

[col. 2.]

Nectar de liquido uertice ferbidum
 guttatis⁶ lacrimis stillat olentibus,
 ambustum quoniam uis facit ignea
 imbrem de madido flere cacumine.

Splendent prespicuo⁷ lumine arduo
 flammis luminibus⁸ scilicet atria,
 abscentemque diem lux agit emula,
 quam nox cum lacero uicta fugit peplo.

Sed quis non rapidi luminis arduam
 manentemque⁹ deo cernit originem?
 Moyses nempe deum spinifero¹⁰ in rubo
 uidit conspicuo lumine flameum.

Felix¹¹ qui meruit sensibus¹² in sacris
 celestis solii uisere /principem,
 iussus nexa pedum uincula soluere
 nec¹³ sanctum inuolutis¹⁴ pollueret locum.

[f. 163.]

Per quem¹⁵ splendor, honor, laus, sapientia,
 magestas, bonitas et pietas tua
 regnum continuat nomini¹⁶ triplici
 texens perpetuis secula seculis. amen.

VERSUS. Qui fecit.

REPETITIO.

Hunc¹⁷ ignem populus sanguinis incliti
 maiorum meritis tutus et inpotens,

¹ *pinguis* quos Dressel.

² *pascimus* Dressel.

³ *guttatim* Dressel.

⁴ *perspicuo* Lor. : *Spl. ergo tuis muneribus pater* Dressel.

⁵ *mobilibus* Lor. Dressel.

⁶ *lychnis* Dressel.

⁷ *scirpea*] gloss *stopa*.

⁸ *spinifera* Dressel.

⁹ *manantemque* Lor.

¹⁰ *Felix*] marg. *Vbi dixit Dominus ad Moysen Ego sum qui sum.*

¹¹ *sentibus* Dressel.

¹²⁻¹³ *ne ..inuolucris* Dressel.

¹³ *Per quem*] This verse is displaced from its proper position at the end.

¹⁴ *numine* Dressel.

¹⁵ *Hunc*] marg. *Vbi eduxit Moyses filiis Israhel de Egipto.*

suetus sub dominis uiueret† barbari†¹
iam liuer sequitur longa per auia.

Qua gressum tulerant castraque cerule
noctis per medium concita mouerant,
plebem peruigilem fulgore preuio
ducebat radio†² sole micantior.

Sed rex Niliaci litoris inuido
ferbens felle iubet preualida manu³
in bellum rapidis ire cohortibus
ferreasque†⁴ acies clangeret†⁵ classicum.⁶

/Sumunt arma uiri seque minacibus
accingunt gladiis, triste canit tuba,
hic fidit iaculis, ille uolantia
prefigit calamis spicula nosciis.†⁷

[col. 2.]

Densetur cuneis turba pedestribus,
currus pars et equos et uolucres rotas
conscendunt celeres, signaque uellica
pretendunt tumidis clara draconibus.

Hinc iam serbitii nescia pristini
gens Pelusiadis usta uaporibus
tandem purpurei gurgitis ospita
rubris litoribus fessa resederat.

Hostis dirus adest cum duce ferbido,⁸
infert et ualidis prelia uiribus:
Moyses porro suos in mare precipit
constans intrepidus tendere gressibus.

Prebent rubta locum stagna uiantibus
riparum in faciem peruia, sistitur
circumstans uitreis unda licoribus,
dum plebs /sub uiuido†⁹ permeat equore. [f. 163.*h*.]

Pubes quin etiam decolor asperis
inrita†¹⁰ odiis rege sub impio
Ebreum sitiens fundere sanguinem
audens†¹¹ se pelago credere concabo.

Per quem splendor.

¹ *uiuere barbaris* Dressel.² *praevalidam manum* Dressel.³ *ferratasque* Dressel.⁴ *classicum*] gloss *Quod sonat sonum in tubis.*⁵ *Gnosiis* Dressel, gloss *cognitis.*⁶ *bifido* Dressel.⁷ *audet* Dressel.⁸ *radius* Dressel.⁹ *clangere* Dressel.¹⁰ *perfido* Dressel.¹¹ *inritata* Dressel.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

[AD HORAS CANONICAS.]

... /usque duodecim psalmi recipientur. Laudes. A laqueo [f. 164. uenantium . et ymni qui secuntur. In diebus uero cotidianis . non dicitur responsum nec lectionem neque apostolum. In diebus autem dominicis uel precipuorum psollemnitatibus finitis in ordine psalmi¹ dicitur hunc responsum uel lectione² qui sequuntur.

[RESPONSVS]. *Gregem tuum domine ne deseras pastor bone qui dormire nescis inuigila.* *Versus.* *et ne nocturnis terroribus fatigemur celeste super nos uelamen pretende . pastor.*

LECTIO LIBRI EZECHIELIS PROPHETE.³ Hec dicit dominus . saluabo gregem meum , et non erit ultra in rapina⁴ . et iudicabo inter pecus et pecus . et cessare faciam bestias pessimas de terra . et qui in desertis habitant securi dormi(u)nt⁵ ayt dominus omnipotens.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD FILIPENSES.⁶ Fratres petitiones uestre innotescant apud deum . et pax Christi que exuperat omnem sensum custodiat corda et corpora uestra et intellegentias uestras per fidem que est in Christo Ihesu domino nostro . amen.

LAVDES *Alleluia. A laqueo uenantium /et a uerbo [col. 2. aspero liuera nos deus noster . alleluia. A labiis iniquis et a lingua maligna erue nos Christe deus . alleluia.*

DOMINICALES. *Alleluia alleluia alleluia alleluia alleluia. Inlumina domine oculos nostros ne umquam obdormiamur⁷ in morte. alleluia.* *Versus.* *Confirma super nos misericordiam tuam et ueritas tua maneat nobiscum in eternum. alleluia.*

ITEM ALIAS DE QUADRAGESIMA. *Laus tibi domine rex ceterne glorie. Salua plebem tuam domine rex. Regem eam domine rex. Quam redemisti tuo sanguine rex.*

(YMNVS II. FERIA.)⁸

Christe immense dominator sancte
conserua gregem qu(a)m⁹ tu redemisti,
sanguine sacro tuo pretioso
ipse saluasti.

Conserba gregem tuum, Ihesu Christe,
et fac heredem, et in te manere

¹ read *psalmis*.

³ Ezech. xxxiv. 22, Vulg.

⁵ dormiunt] *n* on erased *e*?

⁷ read *obdormiamus*.

⁹ *quem* altered to *quam*.

² read *lectiones*?

⁴ read *rapinam*.

⁶ Phil. iv. 7, Vulg.

⁸ Ymnus ii feria] inserted in margin.

semper adsistere†¹ pariterque omnes
laudes referre.

(Exaudi² preçem populi rogantis,
qui tibi puro ineserunt corde,
ut tecum fiant³ tempore eterno
in regno tuo.

Ibique cuncti angeli letentur,⁴
omnesque simul una uoce clament
gloria Christo sedenti in trono⁵
regi eterno.)

Tibi, defensor alme, bone pastor,
gratias omnes agimus immense,
tua nos semper dextera conserbet
/per omnia secla.†⁶

[f. 164.b.

I⁷. FERIA.

Christe, qui lux es (et)⁸ dies,
noctis tenebras (de)teg(e),⁹
lux ipse lucem (proferens),
lumen beatum predicans.

Precamur sancte domine
defende nos in hac nocte,
sit nobis in te requies,
quietam noctem tribue.

Ne grabis somnus inruat,
hostis nobis¹⁰ subripiat,
caro¹¹ illi consentiat,
nos tibi reos statuat.

Oculi somnum capiant,
cor ad te semper uigilet,
dextera tua protege¹²
famulos qui te diligunt.

Defensor noster aspice,
insidiantem reprime,
guberna tuos famulos,
quos sanguine mercatus es.

Memento nostri domine,
in grabe¹³ isto corpore,
qui es defensor anime,
adesto nobis domine.

¹ *assiste* Blume.

² *Exaudi...aeterno*] These two stanzas are inserted by another hand in the margin. Being much rubbed some words are uncertain.

³ *fuit* Blume (a misreading).

⁴ *laetantur* Blume (a misreading); in the next line the last vowel of *clament* is illegible.

⁵ *detur infinita* Blume, not a possible reading.

⁶ *omne saeculum* Blume.

⁷ altered from II.

⁸ *et* on erasure.

⁹ *detege, etc.*] *de* interlined by orig. hand. A fourteenth century hand has made alterations apparently with a view to introducing the following reading which is also given in full in the margin,

*Christe qui lux es et dies,
noctis tenebras detegis
lucisque lumen crederis
lumen beatum predicans.*

but has afterwards I think tried to restore the text to its original form.

¹⁰ The fourteenth century corrector reads *ne hostis nos*.

¹¹ Corrector reads *ne caro illi consentiens; consentiens* Blume.

¹² Corrector reads *protegit*; so Blume.

¹³ *gravi* Lor. Blume.

Tetre noctis insidias
huius timoris libera ;
tue lucis magnalia†¹
totum chorum inlumina.²

III. F[ERIA].

Te deprecamur³ domin(um)⁴
misericordem et pium,
propter nomen /tuum [col. 2.
domine†⁵
esto nobis propitius.
Sollicitudinem nostram
super te deus iactamus ;
nisi misertus fueris
in uano laorabimus.
Ea que tibi displicent
te adiubante uincamus ;
saluasti nos uigilantes,
custodi nos dormientes,

In pace in(id)⁶ ipsum
securi requiescamus,
exurgentes diluculo
sobrie te adoremus.
Peccata nostra (di)luc⁷
(et) miserere d(omine),⁷
qui regnas in perpetuum,
adesto nostris precibus.
Qui es unus potentia,
dele nostra cirografa,
ut tua† semper gloria†
cuncta laudemus per seclā
amen.

YMNVS IIII. FERIA.

Ihesu saluator seculi
redemp(tis)⁹ ope()⁹ subueni,
et pia dei genetrix
salutem posce mis()eris.⁹
Cetus omnis angelicus,
patriarcharum cu(n)e(us)¹⁰
et prophetarum merita
nobis precentur ueniam.

Babtista Christi prebuis
et clau(i)ger¹¹ ethereus
cum ceteris apostolis
(nos)¹² solbant nexu criminis.
Chorus sacratus mart(i)rum,¹²
/confessio sacerdotum [f. 165.
et uirginalis castitas
nos a peccatis abluant.

¹ *magnalibus* Blume.

² inlumina] In marg. in a nearly contemporary hand another verse—

*Gloria patri ingenito
et Christo regi domino
una cum sancto spiritu
in sempiternum gloria. amen.*

³ deprecamur] *persuamur* Blume, without notice of the MS. reading.

⁴ dominum] on erasure of *domine*. ⁵ *deus* Blume.

⁶ id] inserted (Ps. iv. 9). Mr. Bannister suggests *ut* to supply the syllable still missing ; *nunc in hoc ipsum* Blume.

⁷⁻⁷ dilue...domine] smudged by the corrector, who substitutes—

*peccata nostra abluere
miserere nobis deus.*

⁸ *tuam...gloriam* Blume.

¹⁰ originally *cum eis* (?)

¹² nos] on erasure.

¹¹⁻⁹ erasures.

¹¹ clauiger] *g* inserted.

¹² martirum] *i* altered to *y*.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Sed corpore et mente,
spiritu†¹ ferbente,
uestigio inpigro,
te consequamur Christe.

[ALIVS].

/Noctis tetre prim- [f. 165.b.
ordia

in laudibus transegimus;
nunc te precamur trinitas
ut precinquentes audias.

Tu omnibus da gratia(m),²
tu fessa qu(a)que³ alleua,

errata dele crimin(a)⁴
exclude iuge scandal(a).⁴

Lux uera nos inlumina,
mentis tenebras effuga,
ut pax habundet omnibus
qui te creator credimus.

[ALIVS].

Quieti tempus adest
quo fessa membra quies
obtineat innocens,
et Christo uigilet mens.

Pelle a nobis deus
rogamus, omne tetrum
anguis priscis†⁵ malignum
uirusque mortiferum.

Ut sub umbra alarum
tutissima tuarum
protecti maneamus
tuasque†⁶ laudes surgamus.

Sit gloria et potestas
deo patri et proli,
paraclito quoequali
in seculorum seclis. amen.

SABBATO YMNVS.

Lucis auctor clemens, lumen /inmensum, [col. 2.
lumen cuius fulget sanctus eternus
Christus, cum quo regnat cum ipso in unum,
et sanctus spiritus, una potestas.

Tetre noctis huius caliginem pelle,
serpentisque fraude†⁷ quesumus fuga:
nos armatos crucis signaculo salua;
sacrosancto tuo nomine dita;

Quos peccati mole graui⁸ depressos
sua milleformis⁹ fraude decepit:
se uictorem gaudens quoque se uictum
agnoscat¹⁰ uirtutem†¹¹ omnipotentis.

¹ *et spiritu* Neale; *espiritu* Blume.

² *gratiam*] erasure.

³ *quaeque*] *e* altered to *a*; *quoque* Lor. and Blume.

⁴ erasures; *criminum, scandalum* Blume.

⁵ *prisci* Blume; Lor. reads *piscis*.

⁶ *ad laudesque* Blume.

⁷ *fraudem* Blume.

⁸ *grauide depressos* Lor.; *grauide prestes*

Blume; the metre seems to allow of either.

⁹ or perh. as Blume *mille formis*.

¹⁰ *cognoscat* Blume.

¹¹ *uirtute* Lor. Blume.

Pater immortalis, omnium pastor,
inidentem hostem confringe, saluator¹
lumen nobis prebe perhenne de sancto ;
nost² eterne uite redde beatost.

Redem(p)tor³ excelse, rex omnis terre,
delictorum pius gemitus adtende ;
lumen†⁴ nobis prebe de fonte perenne† ;
tenebroso†⁵ calle non pabeamus†.

Noctem nobis istam dona /quietam ;
inimicum hostem fuga()a⁶ nobis ;
crucis signum uincat omne⁶ iniquum⁷ ;
te Christe rogamus, mane nobiscum.

[f. 166.]

Gloria et honor deitati trino,†⁸
ingenito deo, genitoque Christo,
spirituque simul paraclito(que)†⁹ sancto,
cuius uerbo claret secula (regnans)†¹⁰. amen.

Post hymnum uero. Psalmus Quinquagesimus usque in
finem cum Gloria. Deinde versum. Scuto circumdabit te.
Kirieleison tribus vicibus bus.† Pater noster. PETITIO. A
malo nos libera. Deus miserere nouem vicibus.

ORATIO. Miserere nobis domine miserere nobis . et
iniquitatum nostrarum clemens copiam abole ().¹¹ Vt†¹²
quicquid suadente inimico in huius diei spatio cogitato uel facto
deliquimus . tu qui pius es et misericors¹³ ignosce propitius.
Vt nocturna euadentes decipula . ad consti(tu)tum¹⁴ minis-
terii ordinem exurgentes . laudationis tibi iubilum persoluamus
indemnes. amen.

(ORDO¹⁵ QV)IETE A(NT)E LECTUL(O).

[]¹⁶ Esto nobis domine in deum protectorem. Et
in locum munitum ut saluos nos facias. Esto no. /Gloria. [col. 2.

¹ *frange fuscantem* Blume ; probably the true reading.

² nos...beatos, tenebroso...paucaamus] transposed Blume. ³ redemptor] *p* inserted.

⁴ lumen...perenne] has displaced the true reading *insidiantem hostem confringe saluator* Blume.

⁵ fuga] erasure of one letter.

⁶ omne] altered to *et omne*.

⁷ iniquum] *inimicum* Lor. col. 930 *iniquum* col. 966.

⁸ deitati trino] read *trinae ; potestas et uirtus* Blume. ⁹ *que* inserted.

¹⁰ regnans] on erasure ; *clarent secula cuncta* Lor. Blume.

¹¹ abole] *re* erased ; *dignetur abolere* Lor.

¹² Vt] read *et*.

¹³ pius es et mis.] altered to *pius et mis. es*.

¹⁴ constitutum] *tu* inserted.

¹⁵ Ordo etc.] the bracketed letters are restored by a later hand, the red ink being rubbed. *Ordo* was perhaps not originally there at all.

¹⁶ no title. I do not know how far Lor. has Moz. authority for calling these Responsoria, cf. however p. 292.

Esto no. *Deinde dicit Versum.* Saluos nos fac ut confiteamur.
Benedictus dominus deus.

LAUDES. Alleluia. Dignare domine noctem istam sine tribulatione et a peccato nos custodire. *Versus.* Fiat domine misericordia tua super nos sicut sperabimus in te.

HYMNVS.

Tempus sopori congruum
adest, quies sit corporum,
stratum rigemus lacrimis,
lectum lavemus fletibus.

Precelleamus simbol(um),¹
succedat hinc oratio ;
hinc osculantes inuicem
armemur ipsi per crucem.

Sic fessa membra lectulo
demus sub illo iudice,
qui sic quiescentes excubat,
ut dormientes protegat.

Discede turba demonum,
liquesce ars satellitum,
per nomen hoc crucis sacre
(atque)†² tuosque dissice()†²

At tu, creator omnium,
procul repelle inuidum ;
aduersa cuncta dissices,
tranquilla queque conferas.

Presta.

/Credo in deum . (Custodi nos)³ domine.

[f. 166.b.

Pater noster. Deus miserere *nouem uicibus.*

ORATIO. Miserere nobis domine miserere nobis et karitatis dulcedine()⁴ corda nostra perfunde . quo pacis (tue)⁵ semper conexione firmati . antiqui hostis in cordibus nostris aditus non pateat introcundi . sed sic semper protectionis tue uelamine tueamur . ut ubique angelorum tuorum excubiis muniamur . Ut si fessa membra quieberint . spiritus tibi uigilet semper . (uigilante⁶ tua custodia deus noster qui uib[is]. In nomine domini nostri Ihesu Christi eamus et requiescamus cum pace). amen.

¹ symbolum] erasure ; *symbolo* Blume.

² atque...dissice] erasures ; *que te...dissicet* Lor. and (*dissicet*) Blume.

³ Custodi] on erasure and *nos* interlined.

⁴ dulcedine] erasure of one letter.

⁵ tue] inserted.

⁶ uigilante, *etc.*] in marg.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Kirieleison *tribus uicibus*. Pater noster.

*Deus miserere Deus miserere Deus miserere Deus miserere
Deus miserere Tu sana infirmos reuoca captiuos collige dispersos
subueni oppressis succurre defunctis. deus*.

ORATIO. Misericordiarum tuarum domine ymbrem super
nos famulos tuos miseratus infunde. et nostrarum inprecationum
clamores intendens. omnium dedecorosa facinora dele. fiatque
eterne omnipotens deus munus hoc acceptabile in conspectibus¹
glorie tue. quod pre² ualitudinibus cunctorum fidelium. pro
redditu ad propria captiuorum. Pro collectione omnium disper-
sorum. pro ereptione etiam oppressorum ac requiem catholicorum
pasantium. hoc nostrum tibi intentionis deferri conspicias
uotum. ante tuum trementes maiestatis /offerimus tronum [col. 2.
vt qui aduentu()³ glorie tue sollicite sustinentes. huius noctis
()⁴ mediato tempore ad consuetum psalmodie ministeri(i)⁵ exur-
gentes. nostre tibi seruitutis facim(us)⁶ exorationum clamores.
Tu pius adsiste. tu clemens intende. tu propitius fabe. Qui
solus uim interni nostri desiderii uales considerare facillime.
sentiamus itaque ob hoc misericordie tue munere ubique nos
inlesos a demonum incursibus permanere. Vt sic in huius mundi
uiuamus tenebrosam spatium. quatenus perpetuum diei fru(i)
mereamur lumen eternum.

ORDO PECVLIARIS VIGILIE.

*Si tempus fuerit et nox adhuc fuerit prolixè peragere deuehis
hunc ordinem peculiarem cum verso et tres canticis subter scriptis.*

[] *Surge lauda in nocte (et)⁸ in principio
uigiliarum tuarum. effunde sicut aqua⁹ cor tuum in conspectu
domini. /Leua ad deum manus tuas pro remedio pecca- [f.167.b.
torum tuorum.*

ORATIO. Rex noster et deus noster uerb(i)¹⁰ supplicum
tuorum propitiatus intende. et in principio uigiliarum tuarum
ad te cum deuotione currentes dignanter exaudi. Vt pro
multitudine()¹¹ misericordie tue domum sanctam tuam introyre.
ibique laudes tuas mereamur frequentius in tuo cantare timore.

*Deinde recitabis viiii. psalmos qui sequuntur in ordine et alios
tres canticos consonantes et dicebis hunc responsum.*

¹ read *conspectu*.

² read *pro*.

³ erasure before *mediato*, perhaps of *iam*, which is inserted after *mediato* by the corrector.

⁴ facimus] erasure.

⁵ et] interlined.

⁶ uerbi] erasure; read *uerbis*.

⁷ aduentu] erased letter (*m*).

⁸ ministerium altered to *ministerii*.

⁹ erasure.

¹⁰ read *aquam*.

¹¹ multitudine] erased letter.

PSALMVS. *Uigila domine super oues gregis tue ne fur nocturnus ueniat et furetur et perdat nos.* *Versus.* *Custodi nos domine ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege nos. ne fur.*

DE VNA VIRGINE . PSALMVS. *Simile¹ est regnum celorum decem uirginibus que accipientes lampades suas /exierunt [col. 2. sponso in obuiam et que parate erant intraberunt cum eo ad nuptias et clausa est ianuam.]² * *Versus.* *Media nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei. et que.*

DE VIRGINIBVS. PSALMVS. *Acceperunt prudentes oleum in uasis suis cum lampadibus media autem nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei.* *Versus.* *Date nomini eius magnificentia³ et confitemini illi . ecce.*

PSALMVS. *Clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei.* *Versus.* *Oleum recondite in uasis uestris ut lampades uestre sint accense . ecce.*

DE SANCTIS. PSALMVS. *Serui dei benedicite.*

IN QUADRAGESIME DOMINICIS. PSALMVS. *Meditatus sum nocte cum corde meo anxius est spiritus meus et dixi numquid in eternum /repellet deus.* *Versus.* *Timor et tremor [f. 168. uenerunt super me et contexerunt me tenebre . et dixi.*

PSALMVS. *Vigilate et orate dixit dominus nescitis hora⁴ quando dominus domum ueniet sero an media nocte an galli cantum an mane et dum uenerit repente ne inueniat uos dormientes quia oportet semper orare et numquam deficere.* *Versus.* *Dominus Ihesus discipulis suis dicens uigilate et orate ne intretis in temptatione . quia.*

PRO DIEST DOMINICIS. PSALMVS. *Per diem clamabi et nocte coram te domine intret in conspectu tuo oratio mea alleluia alleluia.* *Versus.* *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitie tue . intret.*

LECTIO LIBRI. ESAYE PROPHETE. Hęc dicit⁵ dominus sanctus Israhel , Si reuertimini et quiescatis in silentio . et (ipse)⁶ erit fortitudo uestra propterea expectat /dominus [col. 2. (deus ut)⁷ misereatur uestri. Et ideo exaltabitur parcens uobis . quia deus iudicii dominus beati omnes qui expectant eum.

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI. AD XII. TRIBVS. Karissimi⁸ . subditi estote deo. Resistite autem diabolo . et fugiet a uobis . adpropinquate deo . et adpropinquabit uobis. Emundate manus

¹ Simile] Matt. xxv. 1, Vulg.

² Hęc dicit] Is. xxx. 15, 18 Vulg.

³ deus ut] on shorter erasure.

⁴ read *ianua*.

⁵ ipse] on erasure ; read *in spe*.

⁶ Karissimi] Jac. iv. 7-10 , Vulg.

peccato(rum)¹ et sanctificate corda . dupplic(i)² animo . miseri estote lugete et plorate (ri)sus³ uester in luctu conuertatur . et gaudium in merore . humiliamini in conspectu domini . et exaltabit uos.

LAVDES. *Alleluia alleluia alleluia alleluia alleluia. De profundis clamabi ad te domine . alleluia.* *Versus.* *Domine exaudi uocem meam . alle.* SECUNDA. *Fiant aures tue intendentes ad orationem serui tui . alle.*

ALIAS. *Alleluia . Beati serui illi quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes . alle . /Amen dico uobis [f. 168.b. quia precinget se et ministrabit illis . alleluia.*

YMNVVS.

Surgentes ad te, domine,
atre noctis silentio
uigiliis, obsequiis
patrum sequentes ordinem,
Quem nobis dereliquerunt
iure hereditario,
ministrantes excubiis
tibi, sancte paraclite.
Pari cum patre clarus es,
cum Christo, subtilissimus
multi(s)modis†⁴ spiritus
rex mysticus agnosceris.
Fragiles carne conspice,
quos ille antiquissimus
suis decepit artibus,
tuis trae uirtutibus.
Grex tuus tibi deditus
nullo tenatur⁵ crimine,
quem tuo, Christe, sanguine
uoluisti redimere.
Oues errantes prouide†⁶
pastor bone, piissime,

ad aulam celsitudinis
tuis reporta humeris.
Tabefactus et saucius
abscedat princeps demonum;
/perdat predam de [col. 2.
faucibus
insatiata rabies.⁷
Exultet Christus dominus,
psallat corus angelicus,
laudes sonent†⁸ in organo
ter sanctus dicat domino.
Ihesu⁹ defensor omnium,
protector et mirabilis,
suet(e)†¹⁰ noctis aduenit,
et nos sopore dediti,
In tuo (sancto)¹¹ nomine,
qui custos et defensor es,
cuigilemus spiritu
ut mereamur lampades.
Cantores tuos¹² domine
quos iubet nocte surgere,

¹ peccatorum] *rum* inserted.

² risus] erasure.

⁴ multimodis] *s* interlined; pron. *espiritus*.

⁶ *prouide* Blume.

⁸ *sonans* Blume.

⁹ Ihesu] Blume, following the Madrid MS., begins a new hymn.

¹⁰ *suetac*] erasure; *sucta* Lor.; *suctum* Blume. ¹¹ *sancto*] erasure, perh. *Christe*.

¹² *tui* Neale.

² *duplici*] erasure.

⁵ *teneatur* Blume.

⁷ *insatiatus rabidus* Blume.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



frustra pulsantes ianua()¹
 clausa iam regni regia()²
 Quare uigilemus sobri—
 et stantes†³ mente splendide
 ut adueniente Ihesu
 digni occurramus obuiam.
 Medi(ę)⁴ noctis tempore
 Paulus quoque et Sileas
 pro Christo uincti in carcere
 laudando resoluti sunt :

Nobis hic mundus carcer est:
 Christe resolbe uincula,
 nostra relaxa crimina
 in te, sancte, credentium.
 Dignos nos fac, rex agie,
 uenturi regni glorie,
 eternis ut mereamur
 te laudibus concinere .
 Presta.

/CONPLETORIUM. *Media nocte surgebam ad con- [f. 169.b.
 fitendum tibi super iudicia iustitie tue.*

SECUNDA [FERIA]. *Funes peccatorum circumplexe sunt me
 domine . et legem tuam non sum oblitus.*

TERTIA. *Deprecatus sum faciem tuam de toto corde meo
 miserere mei deus.*

QUARTA. *Clamabi ad te domine dixi tu spes mea es portio
 mea in terra uiuentium.*

QUINTA. *Qui cognoscis omnium occulta a peccato meo
 munda me.*

SEXTA. *Tempus mici concede ut repeniteam me peccabi
 miserere mei deus.* Secundum magnam *usque in locum ubi dicit*
iniquitates meas dele miserere mei deus, et repetit cor mundum
usque in finem et dicit super altare tuum uitulos.

Gloria . et in secula seculorum . amen. miserere . Qui cognoscis.
 Oremus pium et misericordem dominum nostrum Ihesum
 Christum cum . Vt nobis emendationem morum et remissionem
 omnium peccatorum propitius tribuere dignetur.

Oremus dei omnipo[tentis]. Vt frontes nostros sue crucis
 signaculo muniat et corda nostra spirituali arma⁵ custodiat.
 et fantasma noctium a nobis expellere et effugare dignetur.
 Oremus. Vt auferat a nobis duritiam et spatium penitendi
 pretribuere dignetur.

CONPLETORIA. Te deprecamur domine sancte pater eterne
 omnipotens deus . ut oleum (prudentie)⁶ /in uasis nostris sit . [col. 2.
 et candela maiestatis tue non extinguatur in cordibus nostris.
 Vt dum media nocte clamor factus fuerit . ecce sponsus uenit

¹ ianua] erased letter ; *ianuam* Blume.

² regia] erased letter ; perh. *clausam . . . regiam*.

³ *gestantes* is the reading of a contemporary corrector but the text is very unsatisfactory, see Blume.

⁴ *mediae*] erasure.

⁵ fem sing. see Ducange.

⁶ *prudentie*] inserted perhaps by the original hand.

exite obuiam ei . quesumus clementissime deus ut te ueniente in
 occursum tibi uenire mereamur ()¹ cum l(a)mpadibus ardentes .
 pater.

BENEDICTIO. Dominus Ihesus Christus qui est splendor
 lucis eterne . auferat a mentibus uestris in hac nocte caliginem²
 noctis orriende . Callidi hostis insidias a uobis longe repellat . et
 angelum lucis custodem semper apponat . Vt in eo tuti ad
 matutinum³ psollemnia consurgatis . in quo omnis plenitudo
 consistit uestre salutis . amen.

ALIA BENEDICTIO. Benedictionum tuarum domine copiam⁴
 ta in nobis (uitiorum omnium fomitem)⁵ extinguat . ut eternitas
 ue sanctis data est /pro laboribus nobis pro officiis [f. 170.
 ribuatur presentibus⁶ . Ibiq̄ nostrum⁷ repone cursum .
 ibi agones reputasti sanctorum . Sicque in custodiam nostram
 nocturnus⁸ pastor inuigila . ut tenebrarum numquam sentia-
 nus in no(bis)⁹ insurgere uolentiam¹⁰ . amen.

DOMINICALE. Domine Ihesu Christe qui discipulos tuos
 uigilare et orare sacro oris tui instituisti oraculo . diemque
 aduentus tui media nocte pullorum cantu ; an mane ueniat ; (et)¹¹
 magno tuo presentientie obtegiisti silentio . inmensam pietatem
 tuam trementes famuli (tui)¹² quesumus et rogamus ut dum
 ueneris non de peccato nos arguas . sed ineffabili bonitate
 succurras . Et hic potius humilitatis nostre confessionum et
 uigiliarum uota suscipias . ut illic et facinora uniuersa indulgeas .
 et in dextere tue partem nos coronandos statuas . pater . [col. 2.

BENEDICTIO. Christe deus noster qui es auctor ()¹³ et
 inspirator omnium uirtutum . clementer nos quesumus (eluas)¹⁴ ab
 omni fomite¹⁵ uitiorum . Atque oleum prudentie sic in uasis
 conseruemus conscientie . ut te opitulante cum bonorum operum
 lampadibus future meream(ur) interesse letitie . Quo ita nunc
 uigiliarum et orationum nostrarum ratum tibi efficias uotum .
 ut in aduentu glorie tue non puniamur propter copiam
 criminum . sed cum sanctis regnum possideamus eternum .

Deinde incipis has miserationes canere. *Miserere domine
 miserere nobis tibi soli peccabimus indulge nobis rogamus .
 miserere .

¹ apparently a short erasure after *mereamur*, with *obantes* written in in a later hand. *ibid.* lampadibus] a on erasure.

² read *caliginem*.

³ read *matutina*.

⁴ read *copia*.

⁵ uitiorum ..fomitem] on erasure but probably in original hand.

⁶ presentibus] erasure.

⁷ nostrum] interlined.

⁸ short erasure.

⁹ nobis] erasure.

¹⁰ read *uolentiam*.

¹¹ et] interlined.

¹² tui] on erasure.

¹³ erasure of three or four letters.

¹⁴ eluas] on erasure.

¹⁵ omni fomite] erasures.

Lapsi sumus grabiter in peccatis magnis ueniam precamur
Christe parce nostris delictis.

Scelus flemus admissum non reddas ut meremur pater pie
dele noxa et errata relaxa. K[YRIE.]

Penitentibus reis conuersis religiosis cor contritis^{*1} /et [f. 170. b.
elisis iam succurre rex celestis. K[YRIE.]

Pauperibus egenis iterantibus naufragis lapsis uiduis pupillis
iam succurre rex celestis. K[YRIE.]

Peregrinis oppressis dispersis et captiuis uinctis egris et
defunctis iam succur[re]. K[YRIE.]

Qui(d)² est homo domine ut in ei³ indigneris aut genus
corruptiue ut ita amariceris de ipso. K[YRIE.]

Nemo de genitis est qui non impie gessit nec de con-
fidentibus qui tibi non deliquit. K[YRIE.]

In hoc nuntiabitur bonitas tua deus quum misertus fueris
iniquitatibus nostris. K[YRIE.]

Si peccabimus in te tui sumus Christe expectantes domine
misericordiam tuam. K[YRIE.]

ORATIO. Miserere nobis domine miserere (nobis)⁴ et pupillis
atque egenis elisis seu peregrinis (lapsis ac mestis)⁵ solamen
adtribuę clemens . oppressos releua dispersos congrega
captiuos reuoca infirmos uisita . penitentibus reisque dele
crimina . et uniuersis Christianis congrua largire subsidia .
iterantibus et uinctis seu fidelibus cunctis . sospitatem
animarum . et /corporum adcumula . innumerosa nostra [col. 2
dele scelera et propter magnam misericordiam tuam defunctis
(omnibus fidelibus requiem sempiternam)⁶ propitius dona.⁷

ITEM ORDO AD NOCTURNUM IN RESVRRECTIONE DOMINI.

*A primo die pasce usque ad penteco(s)ten⁸ vel omnibus diebus
dominicus extra quadragesima in hoc modo cum antiphona et
versibus ac psalmis subter adnixis coniunctis nocturnum initiabis
ad vice⁹ canonicorum psalmorum.*

ANTIPHONA. *Reple deus gaudio os nostrum et lingua[†]
nostra^{†10} exultatione.* ITEM Versus.¹¹ Reple¹² deus. Saluos nos

¹ the neums after this are not inserted.

² quid] erasure.

³ read *co.*

⁴ nobis] on erasure.

⁵ lapsis ac maestis] on erasure, partly in red.

⁶ omnibus . sempiternam] on erasure.

⁷ dona] Interlined *Quia multe putatis es deus noster uibis et gloriasist in seculis
seculorum. amen.*

⁸ s interlined.

⁹ read *uicem.*

¹⁰ read *linguam nostram.*

¹¹ *versus*] possibly inserted.

¹² neums omitted.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

PSALMVS. *Ne memor fueris deus iniquitates nostras antiquas alleluia alleluia.* *Versus.* *Ne irascaris domine (nimis)¹ et ne ultra memineris iniqui[tates].*

PSALMVS. *Alleluia misericordia mea alleluia refugium meum alleluia susceptor meus et liberator meus es tu deus meus alleluia.* *Versus.* *Diligam te domine uirtus mea dominus firmamentum meum et refugium meum . et li[berator].*

PSALMVS. *Alleluia uide humilitatem meam et miserere mei alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* *Viam iniquitatis amobe a me et de lege tua . et mise[rere].*

PSALMVS. *Congrega domine dispersionem nostram et liuera nos manu tua . /alleluia.* *Versus.* *Qui das [f. 171.b. salutem regibus et liueras Dauid seruum tuum de gladio maligno . libe[ra].*

PSALMVS. *Omnibus querentibus gratiam non negabo pacem dicit dominus et diligentibus nomen meum dabo uitam et regnum alleluia alleluia.* *Versus.* Omnis enim qui petit accipit et qui querit inuenit . ui[tam].*

PSALMVS. Benedictus dominus in eternum alleluia fiat fiat alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* *Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum . fiat.*

PSALMVS. *In² omni loco oculi dei speculantur bonos et malos medicina lingue arbor uite est alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* *Verbum dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos et lingua eloquens . arbor.*

PSALMVS. *Misericordiam et iudicium cantabo tibi alleluia.* *Versus.* *Perambulabam in innocentiam cordis mei in medio domus tue . can[tabo].*

/PSALMVS. *Alleluia iudica iudicium meum deus et [col. 2. redime me alleluia alleluia.* *Versus.* *Vide humilitatem meam et laborem meum (domine)³ et dimitte omnia peccata mea . et re[dime].*

PSALMVS. Adiuba⁴ domine sperantes in te et qui in te credunt non derelinquas alleluia alleluia alleluia. *Versus.* Adiuba nos deus salutaris noster spes omnium finium terre . et qui.

PSALMVS. *Funes peccatorum circumplexe sunt me domine et legis tue non sum oblitus deus meus quia semper ipsam dilexi

¹ nimis] on erasure.

² In omni] in the marg. here with neums *Alleluia.*

³ domine] interlined.

⁴ Adiuaa] Neums omitted here.

alleluia.* *Versus.* *Quomodo dilexi legem tuam domine tota die meditatio mea est*. quia.

PSALMVS. *Letor ego super eloquia tua alleluia sicut qui inuenit spolia multa alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* *Magnificat anima mea dominum et exultabit spiritus meus in deo salutari meo . sicut.*

PSALMVS. *Auxilium meum a dono†¹ qui fecit [f. 172. celum et terram alleluia.* *Versus.* *Leuabi oculos meos ad montes unde ueniet auxilium michi . a do[mino].*

PSALMVS. Repleatur os meum deus laude tua ut possim cantare alleluia alleluia.* *Versus.* *Vide humilitatem meam et laborem meum domine et dimitte omnia peccata mea . ut.*

ITEM DOMINICALES QVADRAGESIME.

PSALMVS. *Suspiro² ego et gemo et quasi inundantes aque sic rugitus meus . quia timor quem timebam euenit michi et quod uerebar accidit nonne dissimulabi nonne silui et quiebi et uenit super me indignatio.* *Versus.* *Ve misero michi quoniam addidit dominus dolorem dolori meo laorabi in gemitu meo et requiem non inueni . quia.*

PSALMVS. *Scio domine quia nihil³ in terra sine causa quia homo nascitur ad laborem et auis ad uolandum.* [col. 2. *Versus.* *Ego uero deprecabor dominum et ad deum meum ponam eloquium meum*. quia.

PSALMVS. *Si appenderentur⁴ peccata mea quibus iram merui et calamitates quas patiar† in statera . quasi arena maris grauiora apparere(nt)⁵ unde et uerba mea dolore sunt plena.* *Versus.* *Quia sagitte domini in me sunt quarum indignatio euiuit spiritus† meus† et terrores domini militant contra me . unde.*

PSALMVS. *Que est enim domine fortitudo mea ut mala sustineam aut quis finis meus ut patienter agam.* *Versus.* *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea nec caro mea enea est . ut pa[tienter].*

PSALMVS. *Quis michi det ut ueniat ad deum oratio⁶ mea et quod expeto tribuat . michi dominus quia que prius tangere nolebat anima mea nunc pre angustia cui mei sunt.* *Versus.* *Quis michi tribuat ut qui cepit ipse me conterat solbat manum

¹ read *domino*.

² Suspiro] Job iii. 24-26.

⁴ Si appenderentur] Job vi. 2-4, 11, 12, 8, 7, 9, 10.

⁵ apparerent] *nt* inserted.

³ Nihil in terra] Job v. 6-8.

⁶ oratio] in marg. *petitio mea.*

suam et succidat me /et hec mici sit consolatio . et [f. 172. quod.*

PSALMVS. *Ecce ego¹ plorans et oculus meus deducens aquam quia longe factus est a me consolator meus conuertens animam meam.* *Versus.* *Deducant oculi mei lacrimas per diem et noctem et non taccant . quia.*

LECTIO² LIBRI IHEREMIE PROPHETE. Hec dicit dominus. Consurge et lauda in nocte (et)³ in principio uigiliarum tuarum. Effunde sicut aqua cor tuum in conspectu domini dei tui. Leua ad deum manus tuas .et miserebitur tui ayt dcmnus omnipotens . amen.

EPISTOLA⁴ PAVLI APOSTOLI AD CORINTIOS PRIMA. Fratres uigilate et orate et state in fide uiriliter agite et confortamini. omnia uestra in karitate fiant .et deus pacis et dilectionis erit uobiscum (in Christo Ihesu domino nostro . amen).⁵

/LAVDES. *Alleluia alleluia alleluia alleluia alleluia. [col. 2. Labia mea laudabunt te domine .alleluia. Sic benedicam te in uita mea .alle. ()t⁶ in nomine tuo leuabo manus meas.*

DE QVADRAGESIMA.

[.] ⁷ *Laus tibi laus tibi domine rex eterne glorie. Viuit anima mea deus et laudabit te . rex. Et iudicia tua adiuuabunt me . rex.*

YMNVS.

Primo dierum omnium
quo mundus extat conditus,
uel quo resurgens condit(u)r⁸
nos morte uicta liberans.⁹
Pulsis procul torporibus
surgamus omnes ocius
et nocte queramus pium,
sicut prophetam nobimus,
Nostras preces ut audiat
suamque dextram porrigat,

